pdictu. vdct. Stephanum Toóth, sufficienti-

bus Litteris, et lralibus instrumen. in facie Sedis Nrae Judriae comprobavit, his ita habitis; Interim praesenti Causae ingesserunt, immiscueruntq. Se Egregii, Agiles Nicolaus, et Blasius Thot, p. quib. Nobilis Joannes Seryeni de Thorda, cum Procurys Lris Nris coram nobis in dicta Sede Nra Judria comparen. et astan., ipseq. Genealogiam eorumdem Ingerentium declaran. hoc modo, et Ordine deduxit: Quod vdlet jam fatus Nicolaus Thot, alter Ingerentium fuissest filius olim Michaëlis, filii alterius com. Michaëlis, filii pri- dem alterius Nicolay, filii predicti olim Stephani Thot de praefata Zent Anna, ante dictus autem Blasius scilicet alter ipsor. Ingeren. fuissest Filius olim Petri, Filii cond. alterius Blasii, filii saepetati dudum Stephani Thot de ead. Zent Anna; Qua quidem Genealogia utroruniq. Ingeren. hoc praemisso modo declarata, id. Procur. Ingerentiu. hujusmodi Ramum Genealogiae ad postulaone. Procur. Actor., Nramq. legitimam Requisitione. modo simili a primo gradu inchoan., et sursum tendendo ad usq. pfatum Stephanum Thot Stipitem ejusd. Rami efficacib. Lris, et Lralib. Instrumentor. vifican.; Tandem allegavit eo modo: Quod except. pfat. Bonis, et Juribus possionar. Siculicalib. pnominati olim Joannis Bernáld deficien. possionibus et Sede Siculicali Maros existen., reliqua Bona, portionesq. possionar. ejusd. deficient. in praescript. possionibus Petenyefalva, et utrisq. Serede. in Craznen., nec non Dathos, Kapus, Uray, Gerebenes, et Pagocha in Thorden. pallegat. Cottibus hitae., neq. ipsam Dominam Incausamcta., neq. vero Fiscum Nrum concernerent,

verum in eosd. duntaxat Ingerentes, tanq.  
 legitimos Successor. virilis Sexus devolutae  
 essent, et in Dominio certae part. eorund. bo-  
 nor. nunq: iid. Ingeren, pacifice persisterent,  
 quam suam Allegationem exhibitione efficacis-  
 simar. Irarum. nunc statim producendar. edo-  
 cere paratus esset. Hoc audito memoratus Pro-  
 cur. pfatae Dominae Incausamctas, quantum  
 ad ead. bona in pfatis Cottib. habita attinet per-  
 secutionem, et acquisitionem eorund. sponte  
 ipsis Ingerentib. relinquen; ex parte aut. cae-  
 terar. Portionum possionar. in pscript, possio-  
 nibus, et Sede Siculicali Maros existen., contra  
 utrosq:, tam Actore. vdlet, q. Ingerentes re-  
 spondet in hunc modum: Quod ead. por-  
 tiones nec Fiscum Nrum; sed neq. Ingerente.,  
 verum ipsam solam Incausamctam con-  
 cernerent, quandoquid. ex declarata, et com-  
 probata Genealogia constaret ipsam Dnam  
 Incausamctam cum deficien, Carnalem, et Con-  
 divisionale. esse; qui quid. deficien.. q. in Bo-  
 nis Siculicalib., aequa, ac ipsa Incausamcta  
 Sexus Faemineus extitisset; Ideo ead. bona  
 Fisco Nstro, et Collationi ejusdem minime  
 competerent, et per hoc a Nra Serenitte q. per  
 defectum Seminis ejusd, nullus omnino im-  
 petrar. potuisset; nam id. deficiens dum adhuc  
 in vivis extitisset, atq. habuisset, et ab eo toto  
 tempore ead. bona possedisset, quanto majus  
 esset juxta dudum observata. Consuetudinem  
 Siculorum, qui a cæteris Nobilib. Transsnen.,  
 et etm. Hung. dissimili penitus Lege, et Con-  
 suetudine uterent., etm. si virilis Sexus defi-  
 ceret; tamen semper mox, et immediate fae-  
 mineus Sexus in Bona Deficient. succedere  
 deberet, de qua Consuetudine Iras. vigorosas,  
 annos Centu. exceden., Tempus vdlet. Pscrip-

tionis Jurium Regaliu. Transcenden. producere vellet; Quibus Responsonib. annexuit pterea Id. Procur. Incausamctae: Quod cum Dominor. Siculor. primor. potiores, et Primi-  
 pili Praedecessoribus Nostris Principibus, sclet.  
 hujus Regni, et Nobisq. semper fideles exis-  
 ten. Bona, et Successionem ante quamq. li-  
 bertatem, et Consuetudinem, per Nota, seu la-  
 be ejusd. notae infidelitt. minime amisissent,  
 verum ead, bono, et optimo Jure, tam ante,  
 qua. post Insurrectionem plebeor. Siculoru.  
 possedissent; igitur antiqua eorund. Consuetu-  
 dine Super Devolutione Bonor, et Haereditatum  
 Siculicaliu. a virili in Sexum faemineu. salva  
 permanen., easd. Portiones, et Haeredittes  
 Siculicales pro se reddi optaret, quibus quid.  
 allegationib. suis ut fide. faceret, primo su-  
 per Divisione eorund. Bonor. intr. eosd. In-  
 causamctam, et deficien. factam. exhibuit  
 quasd. Litteras Egregior, Agiliu. Volphan-  
 gi Kornys, Andraeae Lázár, Michlis Zeme-  
 re, Franciscy Balassy, Georgii Nyutody,  
 et Joannis Köpeczy tanq. Arbitror. per Partes  
 electoru. Divisionales in possessione Bethlenffal-  
 va, Feria tertia proxima post Festum Epiphani-  
 ae Doni. in Anno ejusd. millesimo quingente-  
 simo octuagesimo Nono. Deinde aut. de Con-  
 svetudine Siculorum super devolutione Bonor  
 Siculicalium Lras honorabilis Capli Ecclae  
 Albensis Transumptionales Feria quinta pro-  
 xima post Festum Bti Bartholomaei Apli. in  
 Anno Dni. millesimo quingentesimo Septua-  
 gesimo quarto. Continen. in se Transumpti-  
 nen. Lras Magnifici cond. Dni. Joannis de  
 Hunyad, Regni Hungar. Gubernatoris in Mo-  
 nos'or die Dominico proximo post Festum E-  
 piphaniar., in Anno ejusdem Millesimo quad-

ringent. quinquagesimo primo confectas,  
 et emanatas, quib. median. Id. Dnus. Guber-  
 nator duran. Gubernaminis sui Officio, una  
 eu. Dnis Praelatis, et Baronibus Regni se-  
 cum in Sede sua Judria existen., et consti-  
 tut. in quadam Causa raone. haereditatum,  
 rerumq., et Bonor. Nobilis, Agilis cond. Sin-  
 nej, Filii cond. Stephani de Zent Kirdly, jux-  
 ta continen. quarund. Lrarum, Egregii Joan-  
 nis Geréb Capellani sui Georgynen. Trans-  
 missionali., inter Nobilem Dominam Annam,  
 Consortem Petri Gyalakuta, Sorore., vo Carna-  
 le, et tres Filias ipsius Sinnyey, vdlet. Dnam.  
 Margaretha., nec non puellas, Helenam, et  
 Annam mota, et coram eod. Gubernator  
 vtente Judician. commisisset eo modo: Quod  
 si Id. Sennyey Seme. masculinum post se re-  
 liquisset, ex tunc Bona, et haeredittes. ejusd.  
 Syney ante alias Faeminas in Sexum viri-  
 lem devolvi debuissent; ver. ex quo in virili  
 Sexu, et Semine. defecisset; Igitur juxta  
 Consuetudinem Siculor. hujusmodi Bona, et  
 Haereditates ad Jus Faemineu., in pfatas  
 sclcet. Dnam. Annam, Sororem Carnalem,  
 et tres Filias ipsius Synnej devolutae essent,  
 atque redactae, inter easd. aequal. dividen.,  
 et illis, earumq. Haeredib., et Successorib.  
 Utriusq. Sexus super extantib. aly Successor.  
 in ead. Bona, et haeredittes, possionesq.  
 se intromittere, et ingerere nequaq. possent,  
 verum ipsis absq. haeredum utriusq. Sexus  
 Solatio ab hac luce decedentib., sic tand.  
 Bona, haeredittes, et possiones. dicti Synnej  
 in alios legitimos Successor. earund. haere-  
 ditum devolvi, et redundar. dent., coram  
 Nobis in Facie Sedis Nrae Judiciaiae exhib-  
 uit, et pntavit. Quibus exhibit. antea lltus,

Procur. pnominati Fiscalis Nri replicavit in Contrarium: Quod licet tunc per ipsum Gubernator. ita fuisset adjudicatu.; tamen utcunq. id factu. esset, uno errore Judicis Decretu., et Veritas tolli non posset, et iid. Siculi, si quam habuissent Consuetudinemq. per Insurrectione. eorum postea fidem penitus amisissent; ac cond. Divus Joannes Electus Rex Hungar. eisd. primorib., potiorib., primipilisq. dedisset in mandat.: Quod quilibet illor. de caetero Bona, et Jura possionar. ipsor. Donatione median. a sua Majestate impetrar. deberent, quae omnia et Id. deficiens animadvertendo ptacta Bona Siculicalia litigiosa si, et suis Haeredibus Nova Donatione median. a Nobis denuo impetrasset. Et in hujus Documentum esd. Lras. Nras. Novae Donationales in Civitte Medgyes decima Sexta die Marty, in Anno Dni. millmo. quingent. octoages. Sexto editas, Statutione caren., coram Nobis produxit; istis itaq. raonib. pscriptas Litteras pfati olim Joannis de Hunyad Gubernator. adjudicator. Sententionales, nullius fore efficaciae, stareq. minime posse, ad haec praelibatus Procur. ipsius Dominae Incausamctae—Quod sicuti et ante copiosissime declarasset, non ipsi primores, et primipili, (qui semper fideles existen. nunq. rebellassent) verum plebei Siculi per ipsor. insolentia., et insurrectione. libertem amisissent, ideo praemissa antiqua Libertas, et Consuetudo ipsor. primor., et primipilor. minime violata fuisset, sed firmr., et inviolabilr. permansisset, p. hocq. hujusmodi Nota. eisd. primoribus, vel etiam Primipilis nemo inurere, et obicere posset, quod autem ad dictas Lras novae Donationis per ipsum deficien, impetratas attineret, easd. invigoro.

sas esse, nihilq. ipsi Incausamctae derogar., neque vero eidem Actori suffragar., quandoquidem ipse deficiens per earu. continen. Statutione median., se in eisd. bonis nunq. firmavisset, ex eoq. eisd. usus minime fuisse, Unde liqueret ead. Bona per eund. Deficiente. pristino Jure antiquae Consuetudinis Siculor. possessa fuisse, imo ex post solus deficiens easd. litteras tanq. inutiles posthaben., ut permissu. est, in eisd. bonis divisione admisisset, et per hujusmodi Divisionem ratam portionem ipsius Dnae Incausamctae eid. medio praelibator. Arbitroru. extradedit, super qua Divisione, pactas Lras eorund. Arbitror. Divisionales, jam anteaq. in facie Sedis Nostrae Judiae exhibuisset. His aut. omnibus per dictum Procur. jam fatae Dominae modo praemisso recensit. et ppositis, praeterea saepe fatus Procur. Ingerentiumq. de legitima eorund. Successione, imprimis aut. de pscript. Portionib. Possessor. in antelatis Possionibus Petenyefalva, et utrisq. Sereden in saepe fato Cottu Crazen. existen., psentavit coram nob. Lras Serenissimi Principis cond. Matthiae Dei Graa Hungar., et Bohemiae Regis, Felicis reminiscitiae novae Donationales, Budae Feria Sexta proxima post Festum Bti Vincenty Martyr., in Anno Dni Millesimo quadringentesimo Sexto; Bohemiae vo. quinto decimo, sub Major Secreto, et Authentico Sigillo suo emanatas, quib. praesentat., pnominat. Procur., antefati Fiscalis Nri Actor. per modum Exceptionis allegavit. Quod exhibitae Lrae Matthiae Regis non tenerent, nam et Statutione carerent, portionesq. litigiosas in eisd. Lris contentas pertitulatus cond. Blasius Thot tam suas, q. pfati olim Nicolai Thot Fris. sui

Carnalis passionar. in dictis passionibus habitas, Nobili dudum Martino Zele de Keczel Florenis Tricent. et Sexaginta Sex Auri Puri Jure perpetuo cum Causula: Nil Juris a Se abalienasset, quas tandem post curricula duorum integrorum, Annorum, Annot. Franciscus, Filius precensiti dudum Stephani Thot, Fr. utputa Carnalis eorundem, olim Blasii, et Nicolai Thot, deposita ead. Summa pecuniae, pro se coëmisset, et eas Jure Emptitio, et non vigore praemissae Donationis possedisset; Unde cum ipsi Ingerentes Consensum Regium cum Statutione haeant. Igitur. efficaciores lras illis productis exhibere derent.; In eisd. enim tantum. emptitiis contra Jus Regium non prescrivissent, et in Documentum ejusmodi Venditionis, et Emptionis quasdam Literas Fassionales produxerat; Unde Partibus ipsis deliberatione. efflagitar. per nos Jur. median. deliberatum est hoc modo: Ex quo constraret ex allegatione dicti Procur. ipsius Actor. et etiam, lris Fassionalibus per eundem. exhibitis: Quod ante dictus olim Martinus Zele in eisd. bonis emptitiis nondum prescriverat, ut scilicet obstanto hujusmodi prescriptio- nis ead. bona sibi appriar. potuisset; nam statim post Bienniu. per dictum Francum, Filium pnotti dudum Stephanii Thot, iter. eadem e' manibus ejusdem Martini Zele redempta fuissent, et sic id. Blasius Thot non tamquam. ipsius Martini Zele pprias, veru. tantum. ipsius Francisci Thot, et reliquor. Fru. suorum haereditar., et Jure Successor in eosdem. devolutas ab eod. Martino Zele redemisset, et pri- stino Juri ipsis, in prescriptis lris Matthias Regis denotato applicuisset, et haec ratione Consensumque ad eam emptione. impetrar., et in Dominiu, eorum, se legitime introduci facere

neglexisset; Igitur praemissa Allegatio, seu exceptio Proc. Actor. nullu. locum her. Quantum vero ad portiones possisionar. in pfatis possionibus Dathos , Pagocza , et Gerebenes in pallegato Cottu Thorden. existen. spectaret , subjunxit idem Procur. Ingerentiu. , quod saepe dictus olim Joannes Bernald neq. in eisd. defecisset, eo , quod ead. Bona Nobili Dnae Iustinae relictæ olim dicti Francisci , filii saepfati Stephani Thot solum pro Florenis Centum et viginti aureis , p. antelatos cond. Nicolaum , et Blasium Filios ejusd. Stephani Thot , Fres aut. Carnales ipsius Franci. titulo pignoris obligata fuissent , post modu. aut. exinde ad manus deficient. devenissent , eod. pignoris titulo , pscriptas vo. eorund. bonor Jure Successor. ipsos Ingerentes concernisset, et in hujus Assertio- nis seu vivificaonem. quasdam lras. Comit. Petri Comit. de Scto. Georgio et de Bozyn Judicis Curiae Serenis. Princip. cond. Uladislai Regis Hungar. impignoratitias in facie Sedis Nrae Judriae produxit , easdq. portio- nes a juresibi reddi postulabat , in hujus Al- legaonis Contrarium saepfatus Procur. ipsius Actor. subintullit , quod Lrae exhibitae contra Jus Regiu. insufficientes essent, Sta- tutione enim carerent; neq. vero Annos Cen- tu. longani Temporis sclet praescriptionem contra Jura Regalia obsar. solita excessissent, verum de Bono eor. Jure , et Successorio ul- terius producere teneret. , Nobis itaq. eisd. in- gerentib. id ipsu. Juridice committen., demum id Procur. eorund. Ingerentiu. exhibuit , et psentavit Nobis quasd. Lras Capli Ecclae Tran- niae pnotato , Introductor. et Statutor. , deci- mo Octavo die Introductionis , et Statutio- nis in Anno Dni millesimo quadringent. quin-

quagesimo super portionib. possionar. in pscript. possionibus Dathos , Pagocha , in dcto Cottu Thorden., item Tioso , et Domb hit. confectas , in quib. vidimus contineri , quod portione. quid. possionar. in ipsa possione Dathos hitam per hñem Capitularem .Familiae Tothor Statuta, portione. tamen in dicta Possione Pagocha existente. Statuer neglectam esse; De aliis aut. praedict. portionibus possionar. in praescript. possionibus Gerebenes Uray , et Kapus , omnino in eod. Saepe fato Cottu Thorden. existen. , et adjacen. , Idem Procur. ipsoř Ingerentiu. , nullas plures pter pexhibitias Lras eisd. Ingerentibus in hac parte nihil prorsus suffragari , producere , et exhibere potuerat ; Quarū. quid. Larum exhibitionib. per Procur. utrarumq. partiu. , et etm Ingerentiu. coram Nobis in Facie dictae Sedis Nrae Judriae modo praemisso , Fctis , atq. hitis. , Supplicarut. Ultimat. iidem Procures suis partibus per Nos in pmisis Juris Aequitate. , Justitiaeq. complementu. elargiri ; Nos itaq. tenoribus , et Continen pscriptar. Larum utrocitroq. product. , allegationibq. Partium , et Ingerentiu. perfect. , et intellect. hitoq. superin antelator Magri Curiae Nrae , Magrorumq. Nrorum. Protonotar. , et Jurator Sedis Nrae Judriae Assessoru. , Nobiscu. in discussione , et examine pnt. Causae constitutor, et existen. Consilio pmaturo, et sana deliberaone. Ex parte pnominatar portionum possionar. , in pscript. possionib. Petenyefalva, Fel Sereden, All Sereden,in Craznen, Item Dathos , Pagocha , Gerebenes , Uray , et Kapus in Thorden. Cottib. existen. , hitaru. , per alias Lras Nras Adjudicatorias , Sententiales rectu. facien. Judicium. Quantum

vero ad alias pscriptas portiones possionar. in  
 pnottis possionibus Mezeö Madaras , Domoq. ,  
 et Curia Nobilitar ibid. hita , Samson , Bán ,  
 Uray , Gerebenes , Keövesd , Horczo , Ménes ,  
 Fele , Keölpén , Zabéd , Zabad , Galambod ,  
 et Bardos , omuino in ptacta Sede Siculical.  
 Maros , existen , hitas attinet ; quia prout ex  
 dictis Lris Adjudicator. , Senten. , pfati cond.  
 Joannis de Hunyad Gubernator. dicti Regni  
 Hungar. , in Anno Domini Milles. quadrin-  
 gent. quinquagesimo primo emanatis claris-  
 sime eluceret , antiqua. Consuetudinem Dnor.  
 Siculorum super Devolutione Bonor. , et haer-  
 edittu. eorund. in Semine virilis Sexus defi-  
 cien , semper eam fuisse : Quod vdlet Nobis-  
 li Siculo in virili Sexu deficien. , haeredittes  
 ejusd. deficien. , non in Fiscuu Nrum , verum  
 in Sexum faemineu. , Filias vdlet , et si ha-  
 buerit aliasq. Sorores Carnales , et illis eti-  
 am per omnia deficientib. , in alios legitimos  
 Successor remotiores ejusd. deficient devol-  
 vi deberent , quas quidem Litteras ppter ea-  
 rum vetustatem plurimum venerandas , et maxi-  
 mamq. Fidem eisd. adhibendam esse ; quan-  
 to enim vetustiores existerent , tanto ppri-  
 us accederent ad vittem , du. pmissa antiqua  
 Consuetudine eorund. Siculorum elicien , et  
 cognoscen. quam Consuetudinem licet juxta  
 Contenta Decreti a Legib. , et Consuetudinib.  
 Regnor. Hungar. , et Traae penitus dissimi-  
 lem ; tamen acceden. pmissa Judria Autho-  
 ritate , dicti Dni Gubernator. , deincepsq. fir-  
 miter , et inviolabilr. observan. esse , et hanc  
 Consuetudinem , imo libertteq. eor. , iidem  
 Dni Siculi fideles semper existen , nunqm a-  
 misisset ; sed solummo. plehei Siculi ; Itaq.  
 juxta Forma. , et Continen. pmissae Antiquae

Consvetudinis eorund. (non obstan. pscriptis Lris Nris NovaeDonationalib. pfati olim defici- ent. per eund. super Bonis litigiosis impetra- tis , quae Lrae tum ppter neglecta. Statutio- ne. , tum vo , quia huic Consvetudini vindica- rent , demum aut. ex quo illis post hitis , po- stea , id. deficien. Divisione. in eisd. Bonis eidem Incausamctae admisisset , omni firmit- te carerent :) ad praetacta Bona , et haeredittes Siculicales , ejusdem quond. deficien. , Direc- torem nil Juris here , ex eoq. vigore pdictae Consvetudinis ead. Bona , et quaslibet Hære- dittes Siculicales ejusdem deficien possionib. , et Sede Siculicali Maros in pdict. existen hitas , in eanden Incausamctam , Sororem vdlet Carnalem ipsius deficien. , suosq. haeredes , et posterittes utrisq. Sexus univer. Condescen- sas , et devolutas esse ex pmissis compiebat. manifeste. Propter quod easd. Portiones pos- sionar. , et haeredittes Siculicales in prae- script. possionib. , et Sede Maros existen. hitas simul cu. cunctis ear. utilittib. , et per- tinen. quibuslibet eid. Dnae Incausamctae, su- isq. haeredib. et posterittibus utriusq. Sexus universis, dicta. pscripta antiqua Consvetu- dine Ipsoru. Dominor. Siculor. Jure Succes- sor. , Jureq. ppetuo redden. , restituen. , es- se , judican. decrevimus , et Commisimus. Proinde Fidelittib. Vris haru. Serie commit- timus , et mandamus firmiter quatenus ac- cept. psentib. , simul , vel duo vestr. sub o- nerib. alias intalib. observar. solit. ad Facies pdictarum Possionum Mezeő Madaras , Sam- som , Bánd , Uray , Gerebenes , Keövesd Hot- czo , Motenes , Fele , Kölpen Zabéd , Zabad , Gaiambod , et Bardos omnino in annotta Sede Siculicali Maros existen. Consequenterq.

ptactar. Domus, et Curiae Nlitar in dict. Me-  
zô Madaras hitae, aliarumq. Portionum Pos-  
sionar, Haeredittumq. Siculicalium pfati o-  
lim Joannis Bernald in Semine utriusq. Se-  
xus deficien., in eisd. hitarum, vicinis, et Com-  
metaneis earund. universis inibi legitime con-  
vocat., et praesentib. acceden., ibiq. easd.  
Totales Domum, et Curia., Portionesq. pos-  
sionar., et Haeredittes Siculicales litigiosas  
memoratae Dnae Incausamictae, suisq. hae-  
redibus, et Posterittib. utriusq. Sexus uni-  
versis, simul cum cunctis ear. utilittibus, et  
pertinentiis quib. libet, praemisso Jure Suc-  
cessor. in pmissis sibi Incumben. ppetuo pos-  
siden., Contradictione, Inhibitione, Repul-  
sione, et Novo Judicio, pfator, Fiscalis Nri,  
Ingerentiumq., vel alior. quorlibet ppria ra-  
tione non obstan.; reddere, et restituere, et  
tand. Seriem hujusmodi Exponis. Vrae, ut  
fuerit expedit, nobis ad decimu. quintu. di-  
em, Vltimi Diei Exponis. pmissor. legitime  
perdurant., Fide Vra median. rescribere de-  
at., et teneamini. Secus non factur. psentib.  
perfect. Exhiben. restitutis. Datum in pdi-  
cta Civitte Nra Alba Iulia, sabbatho proximo  
post pscriptam Dominicam Cantate, Anno  
*Dni Millmo quingent. Nonag. Septimo.* Et  
Subscriptum erat: Lecta, et extradata per me  
Mgrum Joannem Borsolo de Ipp Protonota-  
rio Seressimi Dni Principis Tranniae m. p.

Unde Nos instanti petitione annotati Fi-  
delis Nostri Michaelis Székely de Kilyén, Fi-  
delium item Nostrorum praefatorum Samu-  
elis Comitis Kemény Liberi Baronis de Ma-  
gyar Gyerô Monostor, Wolfgangi Cserei de  
Nagy Ajta, Alexii Vajna de Pava, Antonii  
Donáth de Pálos, Josephi Comitis Senioris

Te-

Teleki de Szék, Adami Comitis de Bethlen, Josephi Mara de Felső Szálláspataka, Sigismundi Cseh de Alsó Csernáton Sámuelis Mátyás de Páva, Balthasaris Csípkés de Aranyos Rákos, Johannis Szolga de Vargyas, Michaëlis Comitis Kornis de Gántz Ruszka, et Caroli Neugebohrn, coram Nobis humillime facta, Clementer exaudita, et faventer admissa, praescriptas Litteras non abrasas, non Cancellatas, nec in ulla earum Parte suspectas; sed omni prorsus vitio, et suspicione carentes; de verbo ad verbum sine diminutione, et augmēto, variationeque prorsus aliquali transumi, et transcribi, praesentibusque Litteris nostris patentibus inseri, et inscribi facientes, eidem Exhibenti, reliquisque Paria earundem potentibus sub Sigillo Nostro Judiciali, et authentico, eoque Transylvanicō extradandas duximus, et concedendas, Communi Justitia, et aequitate svadente. Datum in Libera, Regiaque Civitate Nostra Marus Vásárhely, die prima Mensis July, Anno Millesimo Octingentesimo decimo Sexto.

Nos Michaël Valachiae, Transalpinae Vajvoda, Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis Consiliarius, per Transylvaniā Locumtenens, ac ejusdem Cis Transylvaniā, et Partium ei subjectarum Fines Exercitus Generallis Capitaneus, etc: Memoriae commendamus, tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod cum in omnibus Imperiis, Rebusque publicis duea potissimum Res sint, quae Regibus, et Principibus ad stabiliendam Potestatem maximum, imo praecipuum adjumentum afferre solent; quarum

*Vs. Székely Nemz. Priv.*

altera Pacis, altera Belli Tempora Spectat.  
 nimirum ut in pace Legibus, Bello autem  
 Armis Imperia sua, et Subditos tueantur, et  
 defendant. Quibus solis rebus prisci illi Re-  
 ges, et Clarissimi utriusque Temporis viri,  
 et summae de se Justitiae opinionem, Legum  
 administratione, et perennem Nomini suo glo-  
 riam, Splendidissimarum Victoriarum laude  
 compararunt. Nos quoque, qui a Complu-  
 ribus jam Annis pro Salute Reipublicae Chri-  
 stianaे contra immanissimos Barbaros Hostes  
 non sane infeliciter arma tractavimus, id sem-  
 per propositum habuimus, ut et in Subditos  
 justa Legum administratione, aequitate ute-  
 remur, et simul armorum Praesidio fulti vi-  
 res Hostium non solum propulsare, verum  
 etiam Christianos longa jam Barbarorum Ser-  
 vitute praessos, in Libertatem vindicare pos-  
 semus. Quam ad rem plurimum conferre no-  
 bis visum est, si quas Bellicosissimas Gentes  
 in usum Belli adscisceremus; Inter quas Si-  
 culorum Natio, quae sub Ditione Transyl-  
 vanica magnum Terrarum Tractum incollit,  
 tam priscis, quam etiam novissimis tempo-  
 ribus non ultimam bellicae Virtutis Laudem  
 meruit. Proinde cum de reddenda Siculorum  
 Genti antiqua Libertate, quam Superioribus  
 Annis ob nonnullos Rebellionum motus ami-  
 sissemus, ob idque ad Servilem Statum redacti  
 esse dicuntur, Sacrae Caesareae Regiaeque  
 Majestatis benignam Voluntatem intellexi-  
 mus, ut majori cum alacritate reipublicae  
 Christianae, et Patriae inserviant, et ad om-  
 nem Belli molem sustinendam habiliores red-  
 dantur, Antiquam eis Libertatem reddendam,  
 et restituendam esse duximus. Quare Sacrae  
 Caesareae Regiae que Majestatis autoritate

publice nobis commissa , et nostra quoque ,  
 quam superioribus Diebus Transylvania armis  
 in potestatem redacta . Belli Jure consecuti su-  
 mus , universos , et singulos Siculos , et In-  
 colas Sedis Siculicalis Udvarhely ipsorumque  
 haeredes , et Posteris , Successoresque uni-  
 versos de statu , et Conditione Servili , Nobi-  
 liumque Potestate eximendos , libertandos ,  
 et manumittendos , idque ipsis annuendum ,  
 et concedendum duximus , ne Cujusquam al-  
 terius , praeterquam Regum Hungariae , et  
 Principum Tanniae Potestati , et Dominio  
 subsint , omnibusque iis Privilegiis , Liberta-  
 tibus , et Praerogativis , quibus Majores , et  
 Progenitores eorum , stante antiqua Liberta-  
 te , Temporibus quondam Hungariae Regum ;  
 Specifice autem regnante olim Domino Mat-  
 thia , Rege Hungariae , etc. Felicis memoriae ,  
 ab antiquo usi sunt , ipsi item , et Posteri eo-  
 rum universi , uti , frui , et gaudere valeant ,  
 atque possint ; his tamen Conditionibus in-  
 terjectis : *Primo.* Nimirum ut ipsi Haeredes-  
 que eorum , et Successores universi Eque-  
 stris quidem Ordinis , bonis , et ad Bellum  
 idoneis Equis , Gladiis , Thoracibus , vel Cly-  
 peis , Loricis , Hastis . Pedites autem Pixidi-  
 bus , seu Sclopetis , Securibus , Gladiis , ali-  
 isque armis , et Instrumentis militaribus suf-  
 ficienter instructi , ad Mandata Sacrae Cae-  
 sareae Regiaeque Majestatis , ac Nostra quo-  
 que , et Successorum ad defensionem Regni ,  
 et ad propulsandas Hostium vires , sine mo-  
 ra armati accurrere , et omnibus Bellis Ex-  
 peditionibus , tam Generalibus , quam Parti-  
 alibus interesse propriis Sumptibus usque ad  
 Finem Expeditionis Militare , et cum extre-  
 mo vitae , et omnium Fortunarum discrimi-

ne, fidelem Patriae Operam navare debeant, et sint adstricti. Secundo: Antiquus, et inveteratus Mos apud Siculos, fuit, quem nunc quoque observari volumus; ut scilicet mutato Regni Principatu, novoque Principe electo, aut Matrimonium contrahente, apud Siculos, Sextus quisque Bos, cui ex Consuetudine, ad rationem Principis Stigma inuri Consuetum fuit (id vulgo idiomate, ökör Sütés vocatur) pro Communi, et publica Taxa in posterum quoque exigatur. Tertio: Eadem Consuetudo observabitur; si Principi pro tempore constituto primum Filius, et Soboles mascula procreabitur, idem observabitur; Si Principi post Filiam primo, aut secundo, aut quandocunque genitam, Filius in Serie Sexus primus nascatur. Quarto: Cum autem faeminei Sexus Conditio inferior habeatur; si Filiam genuerit, pro praemissa Boum Taxa singuli Siculi, Singulos Florenos solvent. Quinto: Ad eundem modum quotcunque tandem Liberi, Filii, aut Filiae, post primogenitum Filium nascantur, in singulorum nativitate, Singuli duntaxat Floreni per singulos Siculos exigantur. Sexto: Si quando tempus Baptisandorum Liberorum Principi ingruat, eadem omnino Taxa Singulorum Florenorum, singulis Siculis, quemadmodum in reliquis imponetur. Septimo: In Capetiarum quoque exactionibus, sicut antiquis temporibus, ita in posterum quoque receptus, et inveteratus usus observabitur. Quibus ita Constitutis Nos, qui Dei Benignitate Transylvaniae Gubernaculum adepti sumus, praescriptam Libertatem cum antiquis suis Privilegiis, Immunitatibus, et Praerogativis, priscis temporibus

in usu habitis, Domibus praeterea, et quibuslibet haereditatibus Sicalicibus, Iusto nimurum titulo, et legitimo Jure possessis, quod Felix, Faustumque sit Reipublicae Christianae, annotatis Siculis, et Incolis dictae Sedis Sicalicalis Udvarhely, ipsorumque Posteris, et Successoribus Universis Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis, et Nostra quoque Authoritate, sub praeinsertis Conditionibus reddidimus, et restituimus, reddidimusque, et restitujimus per Praesentium tenorem. In Cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes Litteras Nostras, pendentis, et Authentici Sigilli Nostri munimine roboratas, eisdemque Universis Incolis Sedis Sicalicalis Udvarhely, ipsorumque Posteris, et Successoribus Universis, Clementer dandas, duximus, et concedendas. Datum Albae Juliae, Die vigesima Octava Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo quingentesimo Nonagesimo Nono.

Michaël Vajvoda m.p.

Joannes Jacobinus Secretarius m.p.

Udvarhely. E Protocollo Inclytae Sedis Sicalicalis Udvarhely, die 11-a Juny 1784.

L. S. Extrad. per Franciscum Tibád m.p.  
Ordin. Incl. S. S. Udvarhely Notarium.

Praesentem Copiam ab Exemplari Bibliothecae A-Carolinensis de verbo ad verbum de-

scriptam in omnibus punctis, et Clausulis  
cum suo Exemplari in solidum convenire,  
Fide nostra mediante testamur. A-Carolinae,  
die 21-a Aprilis 1816.

Andreas Cseresnyés m. p.  
Bibliothecarius Episcopalis.

Josephus Teleki m. p. de Dálnok,  
R. Tabular. Cancellist.

## Privilegium Inclytæ Sedis Siculica- lii Filialis Bardotz.

Nos Georgius Rákoczy, Dei Gratia Princeps  
Transsilvaniae, Partium Regni Hungariae Do-  
minus, et Siculorum Comes etc. Memoriae  
commendamus tenore praesentium signifi-  
cantes quibus expedit universis: Quod cum  
Nos Principalis celsitudinis proprium munus  
secundum Deum esse ducamus, subditorum  
quorumvis, magnorum et minorum, tam ab  
externis Molestiis, quam internis dissidiis se-  
curitati consulere, idque post Numinis cul-  
tum Nobis ante omnia vel maxime imitan-  
dum sumserimus: praesens quoque hoc ne-  
gotium quam primum aequa lance metien-  
dum, et ad futuram illorum populorum tran-  
quilitatem uniformis stabilitati tradendum  
studuimus. Quoniam enim superioribus tem-  
poribus, post decessum Generosi quondam  
Francisci Balás de Szent Demeter, Sedis Si-  
culicalis Udvarhely, alias Capitanei Supremi  
graves differentiae et contrarietates inter in-

colas novem Possessionum sive Pagorum Districtus Vargyas, in Sede Siculicali Udvarhely, trans sylvam Rika vocatam existentes eandem scilicet Vargyas, Olosztelek, Szál-dobos, Bardocz, Füle, Hermány, Bibarcz-falva, Kis Bazon, et Telegdi Baczon vulgo Bardocz Szék nominatorum, proque partibus illorum adstantes, et solicitantes, Generosos, Egregios, et Nobiles Agiles, Michaelem, Joannem, et Franciscum Daniel de Vargyas, Christianum Benedek de Kis Baczon, Paulum Ferentz de Száldobos, Martinum Boda, et Mathaeum Foszto de Füle, Franciscum Nagy, et Bartholomeum Osváth de Bibarczfalva, Paulum Marko, et Eliam Rezesztes de Olosztelek, ac aliarum ejusdem Sedis Siculicalis Udvarhely, omnium Possessio-num eis sylvam Rika ante fatam Situatarum similiter Incolas Siculos, utrinque fideles nostros, et propinquius itidem Generosum Paulum Ugron de Ábrahámfalva supremum Judicem Regium, ac Franciscum Farkas de Bögöz Vice Capitaneum ejusdem Sedis Udvarhely exortae fuissent, ac aliquamdiu nonnulla cum animorum exacerbatione viguisserent, Quaestio tandem quaerulosa partium ad nos delata fuit; Quia Incolae novem illarum trans sylvam Rika Possessionum Sedem Judicariam Filialem propriam haberent causasque suas saltem per viam Apellationis ad Supremam Sedem Judicariam in oppidum Udvarhely provocare et transferre consvessent; An Vice Judicem etiam Regium e medio sui (ut praetendissent) ipsorum eligere, et intertenere possint, vel vero Vice Capitaneum, aut Vice Judicem Regium cis sylvam Rika fortassis commorantem, ad Dies . . .

eodem ingredi, cum Assessoribus e medio  
illorum . . . . eisdem Jus dicere, Cau-  
sas, decidere, Litesque . . . . am-  
per Apellationem provocatas in oppidum Ud-  
varhely transmittere deberent, possent vel  
tenerentur; Nos vero illam quaestionem et  
Contrarietatem dirimendam ex Castris Anno  
proxime praeterito ad Civitatem Szász Sebes  
positis, ad celebrationem Judiciorum Octavi  
diei Festi Epiphaniarum Domini tum ventu-  
ri, jam vero praeteritum, in Civitatem No-  
stram Segesvár distuleramus; sed et ibi aliis  
gravioribus curis impediti, decidere eam ne-  
quivimus, exindeque in modo peractam Do-  
minorum Regnicolarum queralem Diaetam  
transferre necessum fuit: Stante igitur eadem  
Generali Diaeta, illam quaestionem partes  
inter praefatas controversam, Fidelibus No-  
stris Domini Consiliariis ruminandam, dis-  
cutiendam et decidendam proposueramus,  
productis utrinque copiosissimis Testium Fas-  
sionibus in Litteras Relatorias collectis. Qui-  
bus visis et animadversis, post seriam et so-  
licitam consultationem, placitorumque col-  
lationem, et discussionem, ex praematura  
eorundem Dominorum Consiliariorum no-  
strorum, nobiscum pleno in Numero in exa-  
mine et Discussione ejusdem controversae  
quaestioonis, et usus una sedentium, sana-  
que eorundem Deliberatione decrevimus, sta-  
tuimus, pronunciavimus, et commisimus:  
Quandoquidem negotium praemissae quaesi-  
tionis controversae, nec publico totius ejus-  
dem Sedis Siculicalis Udvarhely commodo,  
et tranquillitati, nec Supremorum Officia-  
lium, Capitanei nimirum, et Judicis Regi-

Authoritati, vel existimationi praejudicare aut detrahere, aliquidve ex eis imminuere videtur, aequum magis et justius esse Communitati novem illarum Possessionum Bardocz Szék, ad faciliorem Causarum prosecutionem, et justitiam unius cujusque assequendam consulere, quam privato cuiquam commodo, et cupiditati indulgere, conclusimus igitur Incolas praedictarum Possessionum Bardocz Szék vocatarum, Vice Judicem Regium e medio sui electum (in eo tamen Statuendo antiquum usum, et ritum cum illaesa superiorum officialium auctoritate observare adstrictos) habere et intertenere, Causas tamen per viam Apellationis ad sedem supremam in oppidum Udvarhely transmittere posse et debere. Additum etiam ex unanimi eorum pro Sede Bardocz sollicitantium consensu; Vice Judicem Regium in sui medio continuo habitantem, verum Nobilem et portionatum, modo praemisso e sui ipsorum medio electum, et eligendum singulis annis functioni suae valedicere, a Sede veniam accipere; absolutum vel absolvendum ab officio recedere; retentum vero aut retinendum in eodem officio, per eum quoque annum permanere debere: Quod etiam Nos eisdem benigne (quia volentibus injuriam minime fieri posse videbamus) indulsimus, et indulgendo mandavimus; prout decernimus, statuimus, pronunciamus, et concludimus, indulgemusque, et indulgendo mandamus. Harum Nostrarum pendentis et authenticis sigilli nostri munimine roboratarum vigore et Testimonio Litterarum mediante. Datum in Civitate nostra Alba Julia, die decima tertia

Mensis Junii. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo trigesimo quinto.

Georgius Rákoczi m. p.

L. S.

Martinus Márkosfalvi m. p.  
Secretarius.

Exhibitae atquae publicatae Anno 1635,  
die 8-va July in Communi Congregatione Se-  
dis Siculicalis et oppidi Udyvarhely coram su-  
premo Capitaneo Spectabili ac Magnifico Sa-  
muele A . . . supremo Judice Regio Pau-  
lo Ugron, et in . . . relictæ, nemine  
contradicente. Franciscus . . . Juratus  
Notarius Sedis ejusdem , ,

Nos Georgius Rákoczi, Dei Gratia Princeps  
Transilvaniae, Partiumque Regni Hungariae  
Dominus et Siculorum Comes. Memoriae com-  
mendamus tenore Praesentium significantes,  
quibus expedit universis: Quod cum sub an-  
ni proxime evoluti Comitiis Generalibus in  
Civitate Nostra Alba Julia in Mense Mayo ce-  
lebratis, Spectabilis ac Magnificus quondam  
Franciscus Miko de Hidvégh tum Consiliarius  
Noster, Sediumque Siculicalium Csyk Gergyo  
et Kászon Supremus Capitaneus ac Fidelis  
Noster sincere dilectus Generosus Michaël  
Tholdalagi de Ercse Consiliarius Noster, et  
Sedis Siculicalis Marus Supremus Capitaneus,  
nominibus et in personis Fidelium Nostro-  
rum sincere nobis dilectorum universorum  
Generosorum, Egregiorum Nobilium et Agi-

lium, potiorum Primipilorum, Pixidiorum  
 Nostrorum ubivis in dicto Regno Nostro Tran-  
 silvaniae, Signanter vero in Septem Sedibus  
 Siculicalibus constitutorum et residentium de-  
 restituenda antiquissima ipsorum Libertate  
 subnotanda humiliter requisivisset; postea  
 vero sub proxima Lustratione etiam Genera-  
 li dictorum Universorum Dominorum Siculo-  
 rum Novissime cum in Sede Siculicali Ara-  
 nyos Lustrationem continuaremus nonnulli  
 Fideles Nostri nomine totius Universitatis Do-  
 minorum Siculorum ejusdem Libertatis resti-  
 tutionem apud Nos serio et demisse implora-  
 rent frequentibus eorum Dominorum Siculo-  
 rum modo praemisso apud nos institutis be-  
 nigne inclinati; Considerantes etiam, ac in-  
 animo Nostro revolentes Regum et Princi-  
 pum erga suos optime meritos Subditos be-  
 nignitatem, et Libertatem; Subditorum vicis-  
 sim erga suos Principes praeclaram Fidem et  
 integritatem, indeque natam in serviendo  
 gratificandi eisdem alacritatem, vinculo quo-  
 dam propemodum indissolubili ita esse con-  
 nexam, prout altera ex altera gignatur, fove-  
 atur augescat, atque conservetur. Quo igitur  
 Nostra ex parte potius, et prius benignitas  
 Nostra incipiat suos producere fructus, dic-  
 torumque Fidelium Nostrorum Dominorum  
 Siculorum fidelissima obsequia erga nos ac-  
 cedere, quos certo intelligimus felicis remi-  
 niscentiae Principibus hujus regni Nostri Prae-  
 decessoribus Nostris sana fide et integritate,  
 nec minori militaris fortitudinis laude inser-  
 vivisse, nobis etiam a felicis Principatus no-  
 stri ab Altissimo nobis commissi principio  
 omnia fidelissimorum, et integerrimorum,  
 bellicaque virtute praestantissimorum Subdi-

torum et Patriae Salutis Amantissimorum  
 Civium Officia nobis strenue , laudabiliterque  
 praestitisse. Spem sane fovemus optimam ip-  
 sos universos Dominos Siculos de avitae ip-  
 sorum bellicae fortitudinis laude , et Nostra in  
 illos propensissima liberalitate grati commo-  
 nefactos , ad omnia virtutis , fortitudinis ,  
 paeclaraeque Fidei et Fidelitatis illibatae of-  
 ficia contra omnes et Patriae charissimae emu-  
 los , et hostes alacriter certatim concursuros ,  
 Nobisque ac Successoribus Nostris legitimis  
 Transilvaniae Principibus summa semper fi-  
 delitate et constantia adhaesuros esse. Horum  
 omnium ob respectum ; Liberalitatisque No-  
 strae ab ipsis desideratae evidentissimum ,  
 sempiternumque Testimonium , praefatae u-  
 niversitati Dominorum Siculorum , eorumque  
 posteritatibus utriusque Sexus universis , eam  
 libertatem et immunitatis praerogativam in  
 forma perpetui privilegii Nostri benigne dan-  
 dam , concedendam , donandam conferen-  
 damque duximus , ut nullo unquam deinceps  
 tempore Publicatio defectus seminis quorum-  
 cumque sine semine deficientium inter eos-  
 dem Dominos Siculos institui , peragique , sed  
 nec Bonorum eorum deficientium Statutio a-  
 liqua , aut occupatio in rationem Fisci Nostri ,  
 et Successorum Nostrorum legitimorum Tran-  
 sylvaniae Principum fieri possit , et peraga-  
 tur : Sed eorum sine Semine deficientium Bo-  
 na in suae generationis utriusque Sexus Homi-  
 nes , more tamen , et Consuetudine ipsorum  
 antiquissimo observato condescendant , atque  
 devolvantur. Prout praenotatae toti Dominor-  
 um Siculorum universitati , eorumque Po-  
 steris , et Haeredibus utriusque Sexus univer-  
 sis damus , donamus , concedimus , et con-

ferimus, ac praesentes hasce Litteras Donationales Nostras loco perpetui Privilegii ipsis indulgemus, tam in Communi omnibus, et singulis, quam etiam singulis Sedibus Siculicibus seorsim asservandas. Quemadmodum hasce etiam Litteras praesentes Nostras Donationales, Privilegiales universis Fidelibus nostris Dominis Siculis in Sede Siculicali Udvarhely existentibus, et decentibus, in forma Privilegii nostri Perpetui extradandas duximus. Harum nostrarum vigore, et Testimonia Litterarum mediante. Datum in Arce Nostra Szamus Ujvár, die trigesima Mensis Januari. *Anno millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sexto.*

**A**nno Domini 1656. 28.a Mensis May.

Peditatus Agilis Stephani Nagy de Allfalu.

Nos Georgius Rákotzi, Dei Gratia Princeps Transylvaniae, partium Regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes. etc.

Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis; Quod Nos cum ad nonnullorum Fidelium Dominorum Consiliariorum Nostrorum singularem Nobis propterea factam intercessionem: Tum vero attentis, et consideratis fidelitate, fidelibusque Servitiis Strenui Agilis Stephani Nagy de Gergyo Allfalu, Peditis Nostri praetoriani, quae ipse primum quidem Serenissimo quondam Domino Principi Gabrieli, Sacri alias Romani Imperij, et Tranniae. Principi

etc. Praedecessori Nostro felicis recordationis ac tandem Nobis etiam ab auspicato Principatus Nostri exordio, Regnoque huic Nostro Tranniae in omnibus rebus *pediti*, et Industriae suae commissis, et concreditis, praesertim vero ab officio suo, quo ad praesens fungitur, fideliter exhibuit, et impendit, ac in futurum etiam eandem fidelitatem, et animi sui dexteritatem exhibitionem, et impensionem eundem non diffidimus. Eundem igitur Stephanum Nagy, nec non Petrum, Mathaeum, et Michaëlem similiter Nagy, Fratres ipsius Carnales quos licet superioribus lapsis temporibus Generosus Stephanus Lázár de Szárhely, Sedium Siculicalium Csik, Gyergyó, et Kászon Supremus Judex Regius contra Statuta, et Constitutiones Regni, in Servitatem Jobbagyionalem subjecerat; Verum in Anno Domini praeterito millesimo Sexcentesimo vigesimo tertio per Commissarios ab eodem Serenissimo quondam bona memoriae defuncto Principe Gabriele ad connumerationem universorum Siculorum delegatos e manibus ejusdem Stephani Lázár recuperati, adepti, in numerumque Peditum Pixidiorum Siculorum adscripti sunt, quo in Statu Nos etiam eosdem tempore Generalis Lustrationis universorum Siculorum fidelium Nostrorum in Anno praeterito millesimo Sexcentesimo trigesimo quinto factae reliquimus, denuo in Caetum, et Numerum verorum, et indubitarum Peditum Pixidiorum Sedis Siculicalis Gyergyó annumerandos, cooptandos, et adscribendos duximus, prout annumeramus, cooptamus, et adscribimus per praesentes. Domum etiam ipsorum in praedicta Possessione Allfalu vicinitatibus Domo.

rum Nobilis Agilis Stephani Boritz ab una,  
 et Joannis Mihály Peditis Pixidary partibus  
 ab altera , aliasque Haereditates ipsorum u-  
 bivis in dicta Sede Siculicali Gyergyo exis-  
 tentes , habitas , juste , et legitime eosdem  
 concernentes , ab omni Censuum , Taxarum ,  
 et Contributionum Nostrarum , tam Ordina-  
 riuarum , quam extra ordinariarum , Subsidii-  
 que , et Lucri Camerae Nostrae solutione ,  
 ac Servitiorum quorumlibet plebeorum exhi-  
 bitione. Item Seminaturas , allodiaturas , et  
 Agricolationes ipsorum universas , a Decima-  
 rum , Nonarum , et quarumvis Datiarum pen-  
 sione Clementer eximendos , et supportan-  
 dos duximus , prout eximimus , et suppor-  
 tamus praesentium per vigorem : Ita tamen ,  
 ut iidem Stephanus , Petrus , Mathaeus , et  
 Michaël Nagy , haeredesque , et Posteritates  
 ipsorum universi , more caeterorum Pedi-  
 tum Nostrorum Pixidiorum annotatae Se-  
 dis Siculicalis Gyergyo ; bonis , et idoneis Gla-  
 diis , Sclopetis , vulgo Pixidibus decenter sint  
 instructi , ac ad Mandata Nostra , Successo-  
 rumque Nostrorum , in defensionem Regni  
 Nostri Tranniae tempore necessitatis sine mo-  
 ra insurgere , ac omnibus Bellicis Expeditio-  
 nibus , tam Generalibus , quam Partialibus  
 interesse ; ibique cum omnium rerum suarum ,  
 et vitae etiam periculo extremo fideliter in-  
 servire , fidelemque Patriae Operam navare de-  
 beant , et sint adstricti ; Quocirca vobis Ge-  
 nerosis , Egregys , et Nobilibus Agilibus Ca-  
 pitaneo , et Judici Regio , Supremis Sedium  
 Siculicalium Csik , Gyergyo , et Kászon , Vi-  
 ce Judicique Regio , nec non Dicatoribus , De-  
 cimatoribus , et Exactoribus quarumcunque  
 Contributionum saepe dictae Sedis Gyergyó .

Item Judici , et Incolis praedictae possessionis  
**Allfalu** , modernis , et futuris quoque pro tem-  
 pore constituendis , Cunctis etiam aliis quo-  
 rum interest , seu intererit , praesentes visu-  
 ris ; harum serie committimus , et mandamus  
 firmiter , ut visis praesentibus , vos quoque a  
 modo imposterum memoratos Stephanum Pe-  
 trum , Mathaeum , et Michaëlem Nagy , hae-  
 redesque , et posteritates ipsorum utriusque  
**Sexus universos rationae praecriptae Domus** ,  
**Haereditatum** , **Seminaturarum** , **Allodiatura-**  
**rum** , et **Agricolationum suarum** , ad aliquam  
**Censuum** , **taxarum** , et **Contributionum prae-**  
**ditorum** , **Subsidiique** , et **Lucri Camerae No-**  
**strae solutionem** , ac **Servitiorum quorumvis**  
 plebeorum exhibitionem , **Decimaru[m]que** , et  
**Nonarum pensionem cogere** , et **compellere** ,  
 aut propterea eosdem in personis , rebusque ,  
**et Bonis** ipsorum universis impedire , turba-  
 re , molestare , aut quovis modo damnificare  
 nulla ratione praesummatis , aut sitis ausi mo-  
 do aliquali . Secus non facturi . Praesentibus  
 perlectis , Exhibitenti restitutis . In cujus rei  
 memoriam , firmitatemque perpetuam prae-  
 sentes Literas Nostras pendentes , et authen-  
 tici Sigilli Nostri munimine roboratas , me-  
 moratis Stephano , Petro , Mathaeo , et Mi-  
 chaëli Nagy , ipsorumque Haeredibus , et Po-  
 steritatibus utriusque Sexus Clementer dan-  
 das duximus , et concedendas . Datum in Ci-  
 vitate Nostra Bisztriciensi die 1-a Mensis No-  
 vembris , Anno Domini **Millesimo Sexcen-**  
**tesimo** . **Trigesimo Octavo** . Georgius Rákotz  
 m. p. Martinus Márkosfalvi . Secret. m. p.

**Pedes Pixidary. Pro parte Petri Siklodi , et  
aliis de Dittro , et Remete.**

Nos Georgius Rákotzi Dei Gratia Princeps Transylvaniae , Partium Regni Hungariae Dominus et Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus , tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod nos cum ad nonnullorum Fidelium Dominorum Consiliariorum Nostrorum singularem nobis propterea factam intercessionem tum vero attentis , et consideratis fidelitate , fidelibus que Servitiis Agilium Stephani Csybi senioris , Michaelis Gergely , Michaelis Balyko Senioris , Martini , et Michaelis Balyko Junioris , Thomae , Pauli , et Georgii Balyko , Blasii , Petri , et Johannis Siklodi Senioris , Johannis Gál , Gregorii Balás , Blasy Csybi , Johannis similiter Csyby , Senioris , Johannis Kelleo , Michaelis Szikszay , Blasy Antal , Johannis Csyki Junioris , Petri , et Gregorii Mészáros , alias Balás , Blasy Jakab , Pauli Déák , Eliae Balás , et Michaelis Csybi Senioris , omnino de Dittro ; et Stephani Ivácsón de Remete , in Sede Siculicali Gyergyó existentium , quae ipsi Nobis , et huic Regno Nostro Transylvaniae in omnibus occasionibus , rerumque , et temporum vicissitudinibus , maxime vero in proxima Expeditione nostra Bellica , quam pro restaurandis , et restituendis Regni Hungariae Patriae Nostrae dulcissimae Libertatibus suscepseramus , summa semper industria , et Servitorum promptitudine exhibuerunt , et impenderunt , ac in futurum quoque exhibituros , et impensuros fore se

*Ns Szekey Nemz. Priv.*

XXI-mo minden faluk lovón, és ökrön való postálkodásban igaz rendet tartسانak,

és kiki proportionaliter, az mint az adó re-partiáltatott, azon mod szerént tartozzanak ökrök, lovak békfogásával, ha pénzel fogadják is, hasonló proportiot tartanak annak megfizetésében, excipiáltatván az orsajokkal, guzsajokkal életeket kereső szegény özvegyek; ezen végezésnek nem engedelmeskedők penig capitatum három három forintokra büntetessének meg Tiszt Uraiméktol sine respectu personarum; az mely faluk penig a' Tisztek-től reájok vettetett szekeret vagy Commissariusnál, vagy Németnél elfizetik; hasonlóképpen szeresek légyenek, és a' Tiszt is megbünteti 24 forintig a' falut, még is szeres légyen. — Ezen Nemes Szék végezését penig Kegyelmetek Birák Uraim nem tsak maga meg tartsa, hanem falujában kiiratván, vagy meg hirdetvén a' szerént tselekedjék; külömben Kegyelmetek a' rendelt büntetést el nem kerüli. Az portio vetésen, szedésen, és administráltatáson is Kegyelmetek ugy forgodjék, hogy a' mi hová disponáltatott, fogyatkozás nélkül adminisztrálhassa Kegyelmetek.

**Articuli Sedis Siculicalis Udvarhely hactenus editi Anno 1740, Die 6-ta Februarii confirmati in Suprema Sedria ejusdem Sedis.**

I-mo Mindenféle Causansok vagy a' Pert, vagy pedig Párját kezekhez adják, és az mikor agitaltatik, a' Notárius kezébe báadván, akkor Actiot reá iratván, ismét adják ki kezekhez.

II-do Valamely Perek a' Derék Székról appellatioban nem admittáltatnak, azokat megiratni ne légyen szükséges; hanem a' Notari-

usnak légyen arra való könyve, melyben a' non transmissa Causaknak Summáját tsak breviter jegyezze fel.

III-tio A' kik appellatioba ne admittáltassanak, ezek: a.) Nyilván való adósság, b.) Nyil földek, c.) Jegy ruha, d.) Zálogos, e.) Potentiák, a' kik halált nem néznek, hanemba valami örököls Joszágbeli Causa. f.) Tisztesség Dolga is, ha Notát nem concernál.— Továbbá derék Széknél hasonloképpen a' Patrue lis, Matrue lis Atyafia k között való Divisio is.

IV-to Aproság Potentiákat, egy Kalangya Buzának el aratását, és több e' féle hasonlokat, tsak a' Vice Székről is ne transmitáltassanak.

V-to Ha pedig valaki mást vagy széna füvében, erdejében, buzajában, Zabjában, vagy másutt hasonló helységben in ipso facto deprehendal, és meg foghat, az olyanokat jó kezesség alatt el botsátván de Törvénye tovább a' Vice Széknél ne admittáltassék, comperta rei veritate, hogy nem övé volt, bötsüivel ha marha, ha ember Dijjával szabaduljon.

VI-to A' miképpen immár Deliberatio vagyon, Keresztur, és Bardotz Székről egyébkor ki ne citalhassák, hanem a' Communis Inquisitionak idején, a' kik pedig ott agitáltatnak, azok azután ne rejiciáltassanak a' Filiálisokra, az Felső Székeknek derogamennyeire, mind pedig hogy két Biro előtt ne láttassanak lenni, 's perleñi.

VII-mo Valamely Perben Juramentumot vagy az Actor, vagy az Inctus in merito desponál, abban az Causaban azután semmi Re-

medium ne admittaltassék , a' Tisztek se en-  
gedjék in eum finem hogy dilataltassék.

VIII-vo Az előbbeni usus és Constitutio  
szerént minden Causans ugy fundálja Cau-  
saját, hogy Longust brevisre , brevist lon-  
gusra ne fundáljon , verum ha comperiáltatik  
ugy lenni , cum poena Indebitae condescen-  
daljon.

IX-no Egy Testvér atyafiak között valo  
Divisioban egyébb egy Novumnál ne admit-  
taltassék. Divisionaleval pedig tsak az olyan-  
ok élhessenek , a' kik patruelisek , és ma-  
truelisek , alioquin ha deprehendáltatik nem  
annak lenni , még is azzal érne , cum poena  
Indebitae condescendaljon. Hasonlokképpen  
egyéb brevis Processusban is egy idő kéés-  
ségnél , és Novumnál több ne adassék , tsak  
azért is , hogy ne dilataltassék. Tiszt Uraimék  
is ezen kívül valo Remediumot ne engedjenek ,  
hanem Inhibitione , Contradictione non ob-  
stantibus adassék Sententia.

X-mo. Procuratorra való tartás is ne le-  
hessen valami Fraus szin alatt , hogy tsak az-  
ért is olyant constituáljon a' ki ott nints ,  
vagy tsak az Per előtt jelen állassa , hogy di-  
latalja , fáraszsa azzal Peressét ; valamely Pe-  
rest pedig manifeste e' féle ravaszsgban de-  
prehendálnak , amittalja Causaját. —

XI-no. Valamelly Perben in primis a'  
Procurator admittaltatik , annakutánna is vi-  
selhesse , folytathassa , ellene mondani sza-  
bad ne légyen. —

XIImo. A' Certificatio harmad nappal a'  
Szék napja előtt légyen , és egy vagy két  
szoval az dolgot is , az miért certificalja , meg

jelentse, had tudhasson ahoz képest gondot viselni magára. —

XIII-to. Ezen kívül a' régi usus szerént légyen a' Citatio, és ha melly Peres tagadná a' Citatiot, és a' más fél docealhatná, Comperita rei veritate, Indebitan convincaltassék az tagadott Fél, azt semmi Remediummal el ne kerülhesse. —

XIV-to. A' Gyrával való fel kérés penitus tolláltassék, a' miképpen ennek előtte való időkben is nem vólt, hanem tsak Törvényre, kezesre meg kérvén, és ha meg nem adja, ha annakutánna a' meg nem adásnak jó, és igaz ratioját nem assignalhattya, cum poena Indebitae, et cum aestimatione cum duplo restitualja, ha meg nem adja penig, és a' meg kérő is okát nem adhattyia in simili poéna convincaltassék.

XV-to. Az sok haszontalan Exceptiok a' Perekben annihiláltassanak, az brevis Causákban pedig több háromnál a' régi usus szerént ugyan ne is admittáltassék. De az Homicidiumokbol praeter Forum ugyan tsak egy is ne admittáltassék, hanem ha meritalis lésszen az Exceptio, hanem de merito mindjárt tégyen választ, tselekedte e', vagy nem: Remedium is nem több tsak egy Novum adassék, tsak hogy Tiszt Uraimék is semmi javait ante Convictionem el ne vegyék.

XVI-to A' Tetem felszabadítást ne a' keerves, hanem a' gyilkos Javaiból fizessék meg a' régi usus szerént, vagy ugyan penitus tollaltassék.

XVII.mo Az Joszágos, és örökséges ember akár mitsoda féle Causában is kezessel ne tartozzék ante finalem Sententiam, vel convictionem.

**XVIII.-vo** Ha valamely ember ante finas tem et definitivam Sententiam peressével meg békéllik , azért azutánn ne bánthassa a' Biro, hanem ha vér-birság vagy paráznáság hasonló volna , kit törvény nélkül is exequalhatna, meg vehessen.

**XIX.-no** Ha az alperes a' felperesnek actióját hitire hagyja , ha meg esküszik nyertes lészen , ha pedig nem , amittalja Causaját.

**XX.-mo** Litis intermediumokkal nem egýeb dolgokhan , hanem csak azon dologban, a' melyból a' dolog vagyon elhessenek , ha pedig azon kívül illetlen szoval , vagy egyébbel illetné peressét, Indebitan convincaltassék.

**XXI.-mo** A' Törvény előtt minden Peres, és procurator igen szép tsendességgel , és betüsülettel beszéljen ; de ha valami nagy rankorbol valo szoval illetlen beszéddel illetné vagy peressét vagy Biráját , vagy akár kit ott lévő Személyt , Szék Törésén in instanti ulterioribus remediis denegatis convincaltassék , és exequaltassék.

**XXII do** Ha valamit csak res mobilist Törvényre tiltanak meg , és citalják is minden járt érette , az olyan tiltást első Szék napjáig Törvény tételesen ne legyen szabad fel szabadítani , hanem ha akkor a' tiltó nem compareálna , vagy elővételét a' Causának nem solicitálná , így annakutánna szabadittassék fel a' tilalom aloll , de Remedium ebben semmi több ne légyen.

**XXIII.-tio** Az Birságoknak másoknak való engedések penitus tollaltassék , mind Törvénybelit , mind cirkálásnak rendin valót , hanem ha hites Tisztek adják meg , annakutánna az kiknek akarják adni , szabados légyen,

mert sok illetlen Exactiokat , és mód nélkül való abususokat láttunk ki jönni belölle.

XXIV-to Egyéb Joszágok , és factumok dolgából a' Brevisben tartassék az Ország Articulussa azért , hogy ezek is nem Contrariumi az Articulusnak , sem pedig a' Decretumnak.

XXV-to Szolga kérés dolga is a' V. Széken igazodjék az Articulus szerént exclusis omnibus Juridicis Remediis.

XXVI-to A' Szökött Jobbágyokat is a' Szék Eskütyeivel fel kérethessük mi magunk között Székünkben , és abban egy Novum is engedtessék , de több semmi nem , és az Articulus continentiaja szerént restituáltassék cum Homagio ha az Novum utánn adjá meg , de ha ante Deliberationem promittálja , sine poena tartozzék el venni a' Dominus Terrestris ; ha ugy meg nem adná cum flor. 200 a' Tisztek restitualtassák annak Joszágából , a' kinek földén volt tempore repetitionis , ha el bútaffa vagy szökette volna is a' Jobbágyot.

XXVII-mo Az Határok , és erdők között , mezők felöll való végezést uno termino intra decimum quintum diem igazitsák el Tiszt Uraimék post habita omni Exceptione Keresztenyi hivataljok szerént ,

Anno 1650. in Civitate Alba Julia.

De Repulsionis onere.

Lévén olyan abusus eddig elé a' Székben , hogy a' Repeilens ha méltó okát adta is maga Repulsiojanak , a' Repulsionak onussa néki viszsza nem adatott , hanem az adversa pár sal refundáltatták propter impensam inlegitimam Executionem . Végeztetett azért , hogy a' modo in posterum juxta tenorem Decr.

Trip. P. 2. T. 76 méltó okát adhatván a' Re-pellens maga Repulsiojának , pénze simpliciter restituáltassék , és annak refusiojára az adversa pars ne cogáltassék.

In generali Sedria Sedis Siculicalis Ud-varhely Die 28-va Januarii 1750. in Oppido Udvarhely celebrata coram Illmo Dno Dno Stephano L. Barone de Daniel et Vargyas, Supremo dictae Sedis Udvarhely Judice Regio.

Municipalis Consuetudo Siculorum : az az a' Székelyek szokott Törvénnyekről , való Articulusoknak meg igazítása.

Az megitélt örökségeknek megbotsátásakor az adversa parst meg kell kinálni , mert különbönen a' Sententiának ereje nem lészen.

Ha valaki közzüllök Székely örökségért más Perben akar fogni , tehát tartozik az Actor elsőben minden attyafia felöll felelni,hogy ő vélle más a' felől nem perel.

Orozással való gyanuság szabad személy ellen ha támad , 's az előtt suspicio nem volt felölle , tsak egy ő maga hitivel mentse magát , ha pedig e' féle dolgoknak meg létekor a' féle Személy — tanáltatnák lenni,magamen-tségére harmad magával kell meg esküdni,

A' Székely Nemesség közt való Jegy ru-ha flor. 24.

Lo fö Személyek között való flor. 12.

Darabontok között való flor. 6.

Paraszt Székely Jegy ruhája flor. 3.

Attya életében el vesztett pert a' fia el nem kezdhet.

Székelyek között való patvar flor. 24 és az Pernek örökké elvesztése.

Egy egész falu tsak annyira marad a' Po-tentiáért , mint három Személyek , mert há-

rom Személyek egy falu felöll szabadosan fellehetnek.

Ha egy személy valamely Bironak Tisztiben hág, három Gyrán marad érette.

Földnek foglalása nem megyen felyebb 12 Gyranál, néha 3 Gyra, néha 9, és a' képpen az Holdaknak mivolta szerént.

Házra való menetel, uton patrált potentia, és ekére való támadás 24 Gyrát, mely a' Faluban meg annyi Forintot tészen.

A' Szék törés tészen 24 Gyrát.

A' Biro tilalma tészen, 3 Gyrát, tudnillik ha az egész Falu szegi meg, ha pedig tsak egy személy, tehát egy Gyra tilalom.

Az hatalom tselekedet Lovának vagy barmának el vételében tészen 12 Gyrát.

A' méltatlan keresetnek birsága Székelyek közöt 3 Gyra, ki is Flor. 1. Dr 50.

A' Pernek le tétele a' Székelyek között facit Flor. 1. A' Fejedelmi Táblán tészen Flor. 3.

**N**os Franciscus Primus, Dei Gratia Austriae Imperator, Apostolicus Hungariae, Bohemiae, Lombardiae et Venetiarum, Galiciae et Lodomariae Rex, Archi-Dux Austriae, Magnus Princeps Transsilvaniae et Siculorum Comes. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis et singulis: quod Fideles nostri Nobis dilecti, Generosus Antonius Donáth de Pálos, Tabulae Nostrae Regiae in Magno Nostro Transsilvaniae Principatu, Partibusque eidem reincorporatis Judiciariae Assessor primarius, ex eoque in Judiciis Nostris Tabularibus pro nunc in persona Nostra Praeses interimalis, Ma-

gistrique Nostri ibidem Protonotarii exposuerint Nobis: qualiter nempe ipsi penes alias Litteras Nostras Requisitorias pro parte et in persona Fidelis Nostri Spectabilis ac Generosi Michaelis Székely de Kilyén Camerarii Nostri, ac alterius per antelatum Magnum Nostrum Transilvaniae Principatum, Partesque eidem reincorporatas Magistri Protonotarii Nobis dilecti, sub sigillo Nostro Judiciali et Authentico eoque Transilvanico, legitime confectas et emanatas, ipsisque praceptorie sonantes requisiti sint: quatenus iidem Deliberata dictae Tabulae Nostrae Regiae Judiciariae in Causis Comitum Kálnoki contra Comitissam Juditham aequem Kálnoki Comitis Stephani Petki consortem, nec non Antonii Comitis Kálnoki contra Alexandrum Seniorem Turi, Filiarum item Posonianarum contra Stephanum Poson, ac Filiarum Veressianarum contra Mariam juniores Veress motis et agitatis lata, prout et alia Successionem haereditatis Siculicae dilucidantia Deliberata, consequenterque in Archivum seu Conservatorium Litterarum ejusdem Tabulae Nostrae Regiae Judiciariae reposita et collocata requirent, eorundemque Paria sub Sigillo Nostro Judiciali et Authentico, eoque Transilvanico extradanda Nobis exhiberent. Cujus quidem Mandati Nostri Requisitorii tenor et verbalis continentia sequens est:

Franciscus Primus, Dei Gratia Austriae Imperator, Apostolicus Hungariae, Bohemiae, Lombardiae et Venetiarum, Galiciae et Lodomeriae Rex, Archi-Dux Austriae, Magnus Princeps Transilvaniae et Siculorum Comes. Fidelibus nostris Generoso Antonio Donáth de Pálos, Tabulae Nostrae Regiae in Tran-

silvania , Partibusque eidem reincorporatis  
 Judiciariae Assessori Actuali primario , ex  
 eoque in Judiciis nostris Tabularibus ibidem  
 pro nunc in persona Nostra Praesidi inte-  
 rimali , Magistrisque Nostris Protonotariis No-  
 bis dilectis , Gratiam Nostram Caesareo Re-  
 gioque Principalem ! Exponitur Majestati No-  
 strae pro parte et in persona Spectabilis ac  
 Generosi Michaelis Székely de Rilyén Came-  
 rarji Nostri , ac alterius per Magnum Nostrum  
 Transilvaniae Principatum Partesque eidem  
 reincorporatas Magistri Protonotarii , Nobis  
 dilecti : qualiter idem Paribus Deliberatorum  
 Tabulae Nostrae Regiae in Transilvania , Par-  
 tibusque eidem reincorporatis Judiciariae in  
 Causis Comitum Kálnoki contra Commitissam  
 Juditham aequae Kálnoki Comitis Stephani  
 Petki consortem , nec non Antonii , Comitis  
 Kálnoki contra Alexandrum Seniorem Turi ,  
 Filiarum item Posonianarum contra Stephanum  
 Poson , ac Filiarum Veressianarum contra  
 Mariam juniorem Veress motis et agitatis la-  
 torum , prout et aliorum Successionem haer-  
 editatis Siculicae dilucidantium Deliberato-  
 rum , ac in Archivum , seu Conservatorium  
 Litterarum ejusdem Tabulae Nostrae Regiae  
 Judiciariae repositorum et collocatorum plu-  
 rimum indigeret , essentque eadem eidem sum-  
 me necessaria . Proinde vobis harum serie  
 committimus , et mandamus firmiter : quatenus  
 acceptis praesentibus , statim vos pae-  
 scripta Deliberata in Archivo vestro Tabulari  
 deposita et locata per Archivarium , seu Pro-  
 tocollistam , cuius est de more Archivo vestro  
 Tabulari invigilare , diligenter requiri , et rein-  
 veniri , taliterque requisitorum et reinvento-

rum tenores et continentias in Transumto Lit-  
 terarum vestrarum de verbo ad verbum , si-  
 ne diminutione et augmento , variationeque  
 prorsus aliquali sub Sigillo Nostro Judiciali et  
 Authentico , eoque Transilvanico , eidem Ex-  
 ponenti Jurium suorum uberiorem futuram  
 ad cautelam necessaria extradare modis om-  
 nibus debeat ac teneamini. Caveatis tamen ,  
 ne dolus aut fraus hac in parte contingat alii  
 qualis. Secus non facturi , praesentibus per-  
 lectis , Exhibitenti restitutis. Datum in Libera  
 Regiaque Civitate Nostra Marus Vásárhely ,  
 die decima sexta mensis Novembris , Anno  
 Domini millesimo octingentesimo decimo sep-  
 timo. In dorso vero exeteriori ejusdem Mandata  
 Intitulatio sequens legebatur : Fidelibus  
 Nostris Generoso Antonio Donáth de Pálos  
 Tabulae Nostrae Regiae in Magno Nostro  
 Transilvaniae Principatu , Partibusque eidem  
 reincorporatis Judiciariae Assessori. Actuali  
 primario , ex eoque in Judiciis Nostris Tabu-  
 laribus ibidem in persona Nostra Praesidi in-  
 terimali , Magistrisque Nostris Protonotariis  
 nobis dilectis ; — et immediate paulo inferi-  
 us: pro parte et in persona Fidelis Nostri  
 Spectabilis ac Generosi Michaelis Székely de  
 Kilyén , Camerarii Nostri , ac alterius per  
 eundem Magnum Nostrum Transilvaniae Prin-  
 cipatum , Partesque eidem reincorporatas Ma-  
 gistri Protonotarii nobis dilecti ; — in finali  
 autem margine : Requisitorium Litterarum.  
 Ab altera vero aeque exteriori parte erat: si-  
 gillo Nostro Judiciali , et Authentico eoque  
 Transilvanico , in medio loco videlicet soli-  
 to , super cera rubra ductili pappiro praestoi-  
 lariter tecta impressive communitum ac ro-  
 boratum , tumque uti talia Mandata solent ,

involutum, clauseque confectum et emanatum, post modum vero apertum; paulo inferiorius vero adjecta erat ad marginem more consueto: Lect. Correct. m. p.

Quibus receptis iidem Mandatis Nostris Requisitorii semper et in omnibus uti tenetur et par est obedire satisfacereque volentes, eadem Deliberata per Protollistam Generalem saepefatae Tabulae Nostrae Regiae Judicariae, cuius est pro nunc Archivo Tabulari invigilare, requiri facientes, adhibitaque diligenti requisitione reinventa nobis praesentarunt in haec verba; et quidem serie.

*Primarum, Sententialium utpote, in Causa Comitum Kálnoki, contra Comitissam Juditham aequae Kálnoki Comitis Stephani Petki consortem, emanatarum tenor sequitur in haec verba:*

Nos Maria Theresia, Divina favente clemencia Romanorum Imperatrix, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque Regina, Archi-Dux Austriae, Dux Burgundiae, Princeps Haereditaria Transilvaniae, et Siculorum Comes. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis et singulis: quod nobis die decima quinta Januarii, anni praesentis millesimi septingentesimi quinquagesimi secundi, stante videlicet Periodo Judiciorum in Tabula nostra Regia in Transilvania Judiciaria continua, ac in Libera Regiaque Civitate Nostra Saxonicali Medgyes a Dominica prima post Festum Epiphaniarum usque ad Dominicam Esto durante, ad quam utpote Tabulam nostram Regiam Judiciariam (demptis Diaetalibus) universae Causae

Fidelium Nostrorum Regnicularum Transilvaniae , Partiumque Regni Hungariae eidem reiucorporatarum , tam per formam brevium Judiciorum , quam etiam longo Litis processu determinari et adjudicari solitae , juxta publicam et approbatam memorati nostri Transilvaniae Principatus Constitutionem ; factamque desuper ex praefatorum Regnicularum consensu Regiam nostram novissimam ordinationem , generaliter fuerant prorogatae , una cum Fidelibus nostris nobis dilectis , Spectabilibus , Magnificis , Generosis item , et Egregiis Wolfgango Libero Barone Bánffy de Losontz Consiliario nostro in Transilvania Guberniali intimo , ac in Judiciis in persona nostra Praesidente , Magistrisque nostris Protonotariis , ac Juratis antelatae Tabulae nostrae Regiae Judiciariae Assessoribus , pro faciendo Causantibus Judicio moderativo in eadem Tabula nostra Regia Judiciaria pro Tribunali sedentibus et constitutis , Nobilis Franciscus Apor de Zalány sui Principalis , Fidelis videlicet nostri nobis dilecti Spectabilis ac Magnifici Comitis Antonii , Generalis Vigiliarum Praefecti , et Legionis Nostrae Equestris Transilvaniae Tribuni , Filii Spectabilis ac Magnifici quondam Adami Comitis Kálnoki , supremi dum vivebat Sedis Siculicalis Csik Capitanei , pro se , et tamquam Fratrum suorum carnarium et uterinorum Thomae , Samuelis , et Josephi Kálnoki natu majoris , Lateri adhaerente ab una , ac Egregius Martinus Némai de Légen pro Magnifica Foemina Juditha Filia Spectabilis ac Magnifici quondam Comitis Dominici , Filii predicti Adami Kálnoki , consorte vero Fidelis nostri Spectabilis ac Magnifici

Comitis Stephani Petki de Királyhalma<sup>a</sup>, sufficienti Procuratoria Constitutione munitus partibus ab altera in figura Judicii coram Nobis comparendo, memoratus Franciscus Apor mentionatorum Comitum Procurator exhibuit et praesentavit contra praefatam praevidentem Comitissam Litteras Transmissionales Fori Arbitrativi inferioris Anno millesimo septingentesimo quinquagesimo, die vero vigesima Maji in possessione Köröspatak emanatas continentes inse: Qualiter Partes praefatae occasione Divisionis Bonorum tam Mobilium, quam Immobilium Specie stabilis ac Magnifici quondam Francisci, Filii antedicti Comitis Adami Kálnoki, praeformatum Comitum, ac dictae Comitissae Genitoris, Fratris carnalis et uterini sine Haerede decedentis, ad subortam inter easdem Partes quaestionem: Utrum Bona dicti defuncti Comitis reliquos Fratres suos carnales superstites solum, uti iidem asserebant, vel vero Praefectam quoque Juditham, qua mentionati Dominici quondam Comitis Kálnoki juxta antiquam Siculicae Gentis consuetudinem ex Naturali Praefectione quoad successionem Bonorum in Fiu Leány Praefectam Filiam etiam collateraliter aequa, uti ipsa praevidisset, concernerent? Judicialiter discriendam Sedriae Inferioris Judices sub vinculo centum Ducatorum arbitrati fuissent; si quae tamen Partium ejusdem Fori Judicio se gravatam sentiret, facultatem sibi ad Tabulam nostram Regiam in Transilvania Judicariam deducendi, ibique finaliter decidendi, ac determinari reservassent, ad idque sub eodem vinculo se se mutuo obstrinxissent; quae pariter perhibebant: qualiter in

Anno millesimo septingentesimo quinquagesimo , die vigesima quarta Mensis Aprilis , dicti Fori Arbitrati Judices , praescripti quondam Francisci Kálnoki Bona Siculica jure haereditario possessa solis superstitibus Fratribus saepius memoratis Spectabilibus ac Magnificis Comitibus Antonio , Thomae , Samueli , et Josepho Kálnoki adjudicassent , a praefata vero prae tendente Comitissa , qua predicti Comitis Dominici quondam Kálnoki praefata Filia collateralem successi onem abjudicassent ; quae ipsorum Judicio se gravatam sentiens , beneficio Appellationis ex pacto reservato in Tabulam nostram Regiam Judiciariam maturius revidendum , finaliterque determinandum provocasset . Quibus exhibitis et presentatis praefatorum Comitum Procurator Franciscus Apor cum protestatione cupiebat Deliberatum Sedriae inferioris arbitrativae appellatum ratihaberi ; e converso memoratae prae tendentis Comitissae Procurator antelegitimatus cum protestatione Deliberatum reformari , ratamque suam portionem e Bonis litigiosis juxta Jura Regni extradari , et assignari petebat , simulque allegabat : quod Forum arbitrativum non distinxisset , quae fuerint Bona jure haereditario solos Filios concernentia , et quae Jure Regio , et quod triplicia sint Bona in Sicilia Natura sua inter se se discrepantia , ergo productionem originariae acquisitionis distinguere debuisse Forum arbitrativum . Ad quae reponebat Comitum Procurator : quod haec in Foro inferiori allegata non fuissent , ergo nec hic allegari possent , cum Transmissioni adhereat nihil . His et similibus ad invicem pro et contra allatis allegationibus disceptantes ,

tes, postularunt tandem ambae Partes in praemissis Juris aequitatem, Justitiaeque complementum per nos elargiri. Unde Nos habito, et assumpto praefatorum Praesidis, Magistrorumque nostrorum Protonotariorum, ac Juratorum antelatae Tabulae nostrae Regiae Judiciariae Assessorum Nobiscum in discussione et examine causae praemissae constitutorum et existentium consilio praematufo, et sana deliberatione, perlecto Fori arbitrativi Deliberato, pensitataque ejusdem serie, ac facta penes Apellationem praefatae Comitissae Procuratoris Allegatione, non solum ex eo : quod Procurator praefatorum Comitum in Foro inferiori eam non fuisse allegaret, sed quod ex talibus Principiis hanc productionem deduceret, quae ad eversionem Juris haereditarii Siculorum tendarent, quos Tripartiti Pars 3·tia Titulus 4·us more antiquorum haereditates et officia inter se se partiri solere asserit. Quod ipsum idem est : quod non Jure Regio possideat Siculus suas Haereditates. Approbat. vero Constitut. Parte tertia, Tit. septuagesimo sexto, Articulo septimo, etsi Juris Regii introductionem facultet, indulgeatque promiscue ; vetat tamen, ne quis citra Possessorum, vel eorum legitimorum Successorum voluntatem se cum Jure Regio contra antiquam Siculorum Libertatem intromittat. Quibus manifeste deducitur : non aliqua particulari consuetudine contra Textum Tripart. Decreti, neque contra Jus Divinum, aut humanum fuisse Jus Haereditarium in Sicilia introductum, sed ex Jure Divino et Jure Gentium, quae Verbo cius morem antiquorum citato supra loco asserit, Approbat, vero Constitut. antiquam

Libertatem vetustissimum Privilegium nominat, quae per Tripart. per traditos a Populo Regibus in Collationibus Bonorum, aut in successione per defectum in Bonis Regiae collationi obnoxiiis, Fasces infirmatae non sunt. Imo expresse citatus Approbatarum Constitutionum Articulus dictat: quod etiam illa Bona, in quae Jus Regium spontanea voluntate introductum fuit, si infra triginta duorum Annorum spatium Fiscus non apprehenderit, et tanto termino aliquis alius possederit, exuunt Naturam Juris Regii, et redeunt ad pristinum Jus haereditarium. Unde manifestum esse Jus haereditarium variis modis accrescere in Sicilia, et sic ad talem productionem Fratres Divisionis processu, dum solum de Praefectae alicujus collaterali successione agitur, ut id distingvat, quid a Primipilo, aut Pixidario, quid ab Armalista acquisiverit, cum Actio talis nec ut Praefectae, nec ut Filiae cum Fratribus Divisionem habere volenti competit, eo magis, quod in Foro arbitrativo non fuisset rejiciendam esse. Unde subsumta Status quaestione: An Bona demortui post Divisionem inter Fratres praefatos videlicet Comites peractam Comitis Francisci Kálnoki, qui nec Filium nec Filiam post se reliquit, solos Fratres superstites, vel vero Dominici quoque Kálnoki Filiam praefectam Fiu-Leány dictam aequali Jure concernant: Quia ex veteri Siculorum consuetudine, Privilegio, ac Libertate, quae ita observari prohibetur, ut si parens demortuus Filios et Filias post se relinquat, Haereditas in solos Filios devolvitur, qui sorores suas emanitare decenter tenentur; si parens Filium post se non relinquat, sed solum Filiam,

haec in parentis Haereditatem Succedit, quae  
 Fiu-Leány ex Naturali Praefectione, et ve-  
 teri consuetudine appellatur; et si huic Filii  
 ac Filiae nascantur, soli Filii Haeredes sunt,  
 suas sorores emaritare tantum decenter tene-  
 buntur, occasione prioris Subdivisionis Bo-  
 norum Dominici, Filiae ratam parentis Ma-  
 gister Protonotarius Legali subdivisione in  
 solidum assignasset. Juxta vero hoc princi-  
 piū Forum quoque arbitrativum a Collate-  
 rali Successione modernam praetendentem,  
 quae suo tantum parenti in Linea descenden-  
 tali Praefectam abjudicavit, non obstante,  
 quod allegasset: quatenus si suus paren-  
 stoties repetitus Dominicus demortuo Fransisco  
 Comite Kálnoki supervixisset, utique succe-  
 sisset, ergo in sui Genitoris Jura in solidum  
 succedere deberet. Ejusdem Fori arbitrativi  
 Judicium in qua parte in dictam Comitissam,  
 qua Praefectam, et Fratres virilis sexus ibi  
 decisa, et huc provocata extitit, rati haben-  
 dum; quia haec Praefectio adeo limitata est,  
 quod licet Filia virtute Praefectionis ejusdem  
 suo parenti succedat, quia tamen una eadem  
 que persona non potest esse et Patris et Fra-  
 tris Filia, per mortem paternam solius Pa-  
 tris in Bonis praeficitur, quia secus genera-  
 lis illa Libertas, quae in Filiorum favorem  
 est introducta, per unius decessum labesa-  
 ctaretur per totum in praejudicium virilis se-  
 xus, et si tam efficax esset haec Praefectio,  
 ut reliquis etiam Fratribus praeficiatur col-  
 lateraliter, injuria fieret reliquis Sororibus  
 in Linea ascendantali existentibus, quae  
 ideo ad hanc praefectionem et successionem  
 non admittuntur, quod extet virilis sexus;  
 deficientibus vero per totum virilis sexus Fra-

tribus Kálnokianis, vel alterius cuiusvis Familiae, reliquae etiam Sorores in ascendantali gradu existentes, singulae juxta stirpis suae Genealogiam succedere debebunt; natura enim Haereditatis Siculicae ea est: ut successionem Filii et Filiae simul, id est, Divisionem Filii cum Filia nunquam patiatur; Praefectionis vero hujus natura est: quod si Filii et Filiae tali Praefectae nascantur, iterum solorum Filiorum est Haereditas, quia Mater eorum non ut Filia, sed ut Fiu-Leány, id est, suo patri in virilem sexum Praefecta succedit. Quemadmodum per Donationem si qua faemina praeficitur, non succedunt ex tali matre natae Filiae cum Filiis, nisi uterque sexus insertus fuerit, dictante Tripart. Parte prima Titulo decimo septimo, et quinquagesimo; Natura hujus Praefectionis in descendantali ea est: ut talis novus ex Praefectione Haeres nullis aliis Fratribus de mortuis superextantibus reliquis succedat, ne Legi universalis Filiorum superextante virili sexu praejudicium, et eversionem Juris Haereditarii inferat. Quoad Mobilia idem esse Judicium, nimirum in iis: quod collateraliter succedere non possit Faemina praefecta, in quibus a priori Divisionem non habuit ejus Genitor, sed per Fratrem defunctum sunt acquisita, quae non Fratribus, sed Genitori tantum per mortem paternam praeficitur. Et quamvis inter reliquas allegationes eam etiam propositionem fecerit dictae Praetendentis Procurator: quod ejus Genitoris Bona in Bánd fere septennii spatio violenter occupando possedisset, fructusque nullam de illis rationem reddendo percepisset defunctus Comes Franciscus Kálnoki, ergo

vel hac ratione ejusdem acquisita, et res mobiles ipsam concernere, vel saltem recompensatio fieri deberet; quia tamen non fuisse in Foro arbitrativo haec quaestio, neque de hujus realitate quidquam probatum exstisset, Appellationi cum nihil adhaereat, Judicium ferri de eo non posse judicando decrevimus et commisimus, prout decernimus et committimus, Harum nostrarum Judicialis, et authentici sigilli nostri munimine robaratarum vigore et testimonio Litterarum mediante. Datum in Libera Regiaque Civitate nostra Saxonicali Medgyes, *die decima octava Mensis Januarii, Anno millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo.* —

*Secundarum*, Deliberatorum scilicet Tabulae nostrae Regiae Judiciariae, Regisque nostri Gubernii in Causa Filiarum Bernadianarum ratione subdividendorum Bonorum Bernadianorum contra Generosum Georgium Bernád de Also Csernáton mota latorum, Litterisque Sententialibus in Libera Regiaque Civitate nostra Marus Vásárhely *die octava Mensis Februarii Anno millesimo septingentesimo sexagesimo quinto* legitime emanatis insertoruri tenor talis est:

### Deliberatum.

Excussis transmissionalibus, allegationibusque Partium ultro citroque factis probe ruminatis et discussis, Deliberationes Superioris et Vice Sedriarum circa validitatem Instrumentorum latae, et pronunciatas Tabula Regia approbat; in eo nihilominus, quod Inquisitorias Partis Inciae post Novum productas, quamvis in eas pars altera etiam col-

litigantium consenserit, sine authenticatione. Vice Sedria, antiquam et quotidianam praxin allegando non acceptasset, factum ejus haud laudari potest; si quidem in causis civilibus, exceptis criminalibus, Documenta Partium consensu approbata, contra finem approbationis Judex contradisputare nequeat. Approbat porro Tabula Regia ambarum Sedriarum eas etiam Deliberationes, quibus praetensam Partis Actoreae Genealogicam deductionem ex Exhibitis Partium judicialiter confirmavit; praeter aequitatem enim Pars Incta in Genealogica Sua Tabella e Linea Blasii Ursulam consortem Ladislai Desö, e Linea vero Mathaei Martinum omisit; nam quod dicta Ursula fuerit Filia modo dicti Blasii Bernád; quodque Ursula haec genuerit Franciscum Desö aperte probat, jurata Petri Jánosi fassio, cuius passionem confirmant sufficienter Divisionales anni millesimi quingen-tesimi septuagesimi quarti; ubi in Divisione Francisci Desö, Joannis item, et Martini, nec non Nicolai Bernád praefatum Petrum Jánosi, qua unum ex Divisoribus praesentem fuisse tres Regii ad hanc Divisionem a Personalí Georgio dudum Bánffy emissi solen-niter referunt, consequenterque fidem suffi-cientem addunt de eo: quod ipse rite, et recte scire, adeoque valide fateri potuerit de praescripta Ursulae Genealogia, cum in Ca-usa Divisionis, ubi Genealogiae in primis ra-tio haberi solet, idem Fatens Petrus Jánosi Judicem se gessit; tanto autem fortius, quod dictus Petrus Jánosi cum utraque Ber-nadiorum praescripta Linea sangvinis conne-xionem babuisse dignoscatur. Frustra itaque sedes Generalis Petrum Jánosi pro uno Te-

ste, consequenterque pro nullo judicialiter declaravit; in quo ideo puncto Judicium ejus emendatur. Non secus quod Mathaeus Frater videlicet praescripti Blasii germanus habuerit Filium non Franciscum, sed Martinum, liquet ex eo: quod nimirum Pars etiam Incta atavum suum Franciscum fuisse agnoscit; quod vero hic Franciscus non fuerit Filius Mathaei, sed Martini, quatuor Partis Actoreae grandaevi Testes in Relatoriis Anni millesimi sexcentesimi septuagesimi tertii legitime emanatis uno ore fatentur, quorum unus id etiam e natura sua expresse declarat: quod crebro nominatus Mathaeus habuerit Filium Martinum, hic Franciscum; sed praeterea non desunt tales etiam Testes inter productos, qui Barbaram Filiam nunc specificati Martini Soreorem fuisse germanam praescripti Francisci nepotis videlicet toties dicti Mathaei Bernád e certa scientia fateantur. Cum itaque Genealogia actricum intuitu Ursulae et Martini Bernád quoque in exhibitis Instrumentis tam clare exponatur, quoad reliquos ramos et gradus autem, etiam Pars Incta agnoscat; hinc tuto et legaliter potuisse confirmare utrasque Sedrias Genealogiam Actricum Tabula Regia judicialiter recognoscit; praesertim cum Pars Incta in contrarium nihil probavisse dignoscatur. Recte ad haec Sedes Inferior judicasse censemur, ubi e Littera Divisionalium praeattarum Anni millesimi quingentesimi septuagesimi quarti necessario conclusit, quod Filii repetiti Mathaei Bernád cum Filia et insimul nepote praelibati Blasii aequa Bernád in Bonis Csernatoniensibus realem Divisionem celebrassent; quandoqidem ut praemissum est, Joannes Bernád et Franciscus Desö dividen-

tes fuerunt Successores praedicti Blasii ; Martinus autem et Nicolaus aequae in eisdem Divisionalibus specificati fuerunt Haeredes prae-fati Mathaei Bernád ; Divisio vero medio il-lorum Divisorum celebrata, licet fuerit in calcatura Also Csernatonensi versus Hatojka, et Martonfalva existenti de Terrenis dunta-xat, infert nibilominus etiam in possessione Csernáton jam etiam Divisionem p[re] exti-tisse ; si quidem hujus calcaturae subdivisio vigore p[re]aettarum Divisionalium propor-tionari debebat ad portiones Divedentium. Re-cete tandem etiam de naturā Bonorum litigiorum haec Sedria judicasse comperitur, cum eadem non Jure Haereditatis pure Siculicae olim fuisse possessa, sed utrique sexui deser-vientia determinavit ; nam si Bona haec pu-re Haereditatis Siculicae Jure ac principio possessa fuissent, Filia Simplex, qualis Ursulae toties fatea successor, Franciscus videli-cet Desö de Matre considerari debet, filiis superviventibus e Bonis litigiosis ratam suam portionem solemni Divisione mediante non recepisset. Quod vero idem Franciscus Desö tamquam Filiae Simplicis successor, non au-tem Jure Praefectionis fuerit condivisor p[re]a-ditorum filiorum Bernád, patet ex eo : quod Ursula toties nominata in Domo Patris sui Blasii habuit fratrem germanum Franciscum, ergo in Domo paterna Jus Praefectionis non obtinuit ; sed nec per mortem Francisci ea-dem, vel successor ejus hoc Jus consecutae sunt ; Franciscus quippe Bernád post se reliquit Joannem, et sensu p[re]aettarum Di-visionalium Franciscus Desö cum hoc Joanne simul fuerunt condivisores tamquam ser-xus virilis cum sexu sequiori. Emendatur i-

taque Deliberatum Sedriae Generalis circa naturam, et devolutionem Bonorum Liti substratorum latum; non enim subsistit praeviis rationibus 1-o quod Franciscus Desö Jure Praefectionis successisset in Bonis litigiosis, 2-o nec hoc ad fassiones recentiorum Testium ab Incto productorum contra Litteram praeattectarum Divisionalium Anni millesimi quingentesimi septuagesimi quarti, quod Division filiorum cum filiabus in Bonis Csernatiensiis in Linea Mathaei nunquam fuisse celebrata, consequenter 3-o nec hoc, quod Bona Csernatiensis Soli Incto in perpetuum cum exclusione Actricum adjudicanda veniant. Quibus ita praemissis, Sedriae inferioris Deliberatum post Novum, reflexe ad Deliberatum ante Novum de immobilibus in possessione Also Csernáton existentibus latum praeviis rationibus Tabula Regia approbat, Causamque e Generali Sedria bene appellatam, sed male judicatam fuisse judicat. Quo ad mobilia autem utrarumque Sedriarum Deliberatum in Jure fuisse fundatum judici aliter recognoscit, et in vigore relinquit.

Quo auditio Partis Inctae Procurator Casusam praesentem cum tota sua serie et Processibus altioris discussionis gratia in praesentiam Regii nostri in Transilvania Gubernii apellasset, transmittique cupivisset, Actrices ex adverso contendissent eo, quod Consangvineorum Divisionales ocyori cursu terminari solitae natura sua inapellabiles essent, juxta frequentissimas Tabulae nostrae Regiae Decisiones; Inctus autem eo, quod Causa mota fuisse super Haereditate Siculicali valorem trium florenorum excedente, suae petitiae appellationi inhaesisset; Actrices vero ae-

que suis superioribus inhaerendo , in conformato pridie pronunciatae Deliberationis Tabularis , in Causa Szörtseiana factae , cupivissent Causam non transmitti , Nos et Tabula nostra Regia ex rationibus a Parte Actorea allegatis causam eandem non transmissemus ; Incto de Litteris nostris Praeceptorio Apellatoriis , Actricibus de poena illegitime extrahendi Mandati Apellatorii , ulterioribus vexis , et expensis , fatigiisque , usibus item et fructibus protestantibus .

Et quia idem Inctus Litteras nostras Praeceptorio - Apellatorias Nobis , dictaeque Tabulae nostre Regiae debito modo et tempore medio nobilium Josephi Nagy et Adami Czerjék ejusdem Tabulae nostre Regiae Scribarum ac Juratorum Notariorum per nos ad id specialiter emissorum repraesentari et exhiberi curasset ; iisdem Litteris nostris Tabula nostra Regia morem gessisset , Causamque Partium praemissam in praesentiam Regii nostri in Transilvania Gubernii transmisisset , ac Litteras etiam superinde Transmissionales Partibus praescriptis solito modo extra-dedisset .

Anno millesimo septingentesimo sexagesimo tertio die decima quinta mensis Martii in Libera Regiaque Civitate Nostra Saxonicali Cibiniensi coram eodem Gubernio Nostro Regio praementionatus Joannes quondam Simon veluti pro annotatis Actrice et Ingerente legitimus Procurator , exhibendo Litteras Transmissionales , extractum insimul cum Facti Specie subnectendo petiisset Deliberationes inferioris Vice Sedriae Sedis Siculicallis Kéadi , Tabulaeque Nostrae Regiae Principalibus suis favorabiles approbari , ra-

tihaberi , Deliberationes vero Generalis Sedriae in onerosis reprobari , emendari , ac insimul impeditam , et tamdiu protractam Actionatorum Bonorum Subdivisionem effectui mancipandam decerni cum refusione expensarum et fatigorum , usuum item et fructuum medio tempore perceptorum ; Inctum praeterea vigore Mandati temere Appellantem ob extractionem Mandati Apellatorii poena Articulari puniri , finalique Executioni demandari . Et si quidem Inctus toties mentionatus Georgius Bernád coram dicto Gubernii Nostri Foro nec per se , nec per Procuratores suos legitimos comparuisset , apellationemque suam prosequi neglexisset , *die decima octava mensis et anni proxime Scriptorum* idem Gubernium Nostrum Regium sequens pronunciasset.

### Deliberatum.

Iis omnibus , quae in praedeclaratis Transmisionalibus continentur , Partium allegationibus , et Productis , Vice Sedriae item Kézdiensis , et Generalis Sedriae Sedis Három Szék , ut et Tabulae Regiae in Transsilvania Judiciariae Deliberationibus persensis et mature ruminatis ; invenit Gubernium Regium eas Vice et Generalis Sedriarum Deliberationes , quae tam circa praetensam Partis Actoreae Genealogicam deductionem , quam etiam validitatem Instrumentorum latae ac pronunciatae fuissent , recte Tabulam Regiam approbasse ; reprobasse vero id , quod Inquisitorias Partis Inctae post Novum productas , quamvis in eas Pars altera etiam Colligantium consenserit , sine Authenticatione

Vice Sedria antiquam et quotidianam praxin allegando non acceptasset.

Reprobatur porro factum Vice Sedriae, quo sensu Trip. P. 1-ae. Tit. 37. virilem Sexum ad producenda Litteralia Instrumenta de origine praetensorum Bonorum judicialiter adstrinxit, vel in casu contrario decimo se Incto Juramentum ad excludendum sexum Faemineum deliberative imposuit; quae Lex cum de Bonis collationi Regiae subjectis sonaret, ad Haereditates Siculicales a Jure Regio exemptas extendi non potest, cum enim Haereditas Siculica sua Natura Sexum solum virilem concernat, stat semper prae sumptio penes hunc contra Sexum Faemineum, ut ab hoc ad productionem Litterarum cogi non possit, sed Sexui Faeminoe incumbat, vel ex Capite Acquisitionis, vel Divisionis inter utrumque Sexum habitae praetensem Jus suum efficaciter comprobare. Jam vero.

Quoad Bonorum immobilium praetensorum, in Actrices velut Filias Joannis quondam Bernád de Also-Csernáton aequalem cum Fratre suo germano Georgio Bernád Incto, et appellante adjudicatam per Tabulam Regiam (devolutionem, et Successionem, quamvis Petrus Jánosi (cujus Fassioni Judicium Tabulae Régiae partim inniti videtur,) fateatur Czerjék alias Sepsí Balás, et Czerjék alias Kézdi Bernád fuisse Fratres germanos; horum vero Matrem a suo Sorore Magdalena Jánosi Kézdi Bernadiana audiverit fuisse Filiam eamque unicum Demetrii Nyujtodi de Nyujtod, Curiamque in Also-Csernáton cum universis appertinentiis Jure materno in dictos duos Fratres devenisse; quia tamen nec ipse Fatens faceret mentionem, nec Pars

Actores comprobasset eandem Curiam cum appertinentiis in matrem Sepsi Balás, et Kézdi Bernád sorte Divisionis devolutum fuisse; non sequitur ab iis descendentes Filias cum Filiis aequale Jus Successionis in dicta Curia obtinere, quin cum unicam Filiam Demetrii Nyujtodi fuisse referat, non abs re concludatur Patre ejus in virili Sexu deficiente, ejus Bona vi Praefectionis Naturalis in Filiam suam descendisse.

Sed neque Divisio allegata anni millesimi quingentesimi Septuagesimi quarti, inter Joannem Bernád de Also - Csernáton, et Franciscum Deső Ursulae Bernád Filium, Blasii Bernád de Mező - Madaras nepotes, ac Nicolaum et Martinum Filios Mathaei Bernád de Alsó - Csernáton praetensive habita sufficit ad evincendam Juris Successorii inter Filios et Filias aequalitatem; eadem enim Literae pro Divisionalibus reputari non possunt; tum ex eo, quod nec qualitatem nec quantitatem Subdivisorum Bonorum importarent, neque innuerent: Franciscus Deső quo Jure? Bernadiano an alio propriae matris aut patris acquisitionis reliquis sit immixtus? Neque ad immutandam Haereditatis Siculicae Naturam Satis est supponere inter Franciscum Bernád et ejus sororem germanam Ursulam Divisionem praeextitisse; sed efficaciter comprobare opportet, inter eosdem realiter eandem intervenisse; verba illa Fassonis Jánosianae: *Mi adok ki a' Joszágbo*, non portionis aut ratae e Bonis assignationem, aut excisionem, sed potius emaritatem involvunt.

Quod vero Franciscus Deső, non qua Haeres Bernadianus inter Dividentes repu-

tandus veniat vel inde judicari potest: quod si ille qua Sexus Faeminei successor dividens fuisset, cum Clara fuerit germana soror Joannis Bernád, haec quoque dividere, adeoque Divisio non inter quatuor praementionatas, verum quinque personas fieri debuisset; quae itaque Divisio haec fuerit: valde obscurum et incertum est; nam si supponatur (uti vult Tabulae Regiae Judicium) Ursulam cum Francisco divisisse, Franciscus Deső ejus Filius cum Joanne Bernád Condivisionalis esse non potuit; sed supponi etiam debet Mathaeum Bernád de Also-Csernáton, et Blasium Bernád de Mező Madaras Fratres uti prohibetur germanos in antecessum Divisionem habuisse, consequenter Nicolaum et Martinum Bernád ratam Mathaei separato Jure possedisse.

Caeterum etiam si Litterae eadem pro Divisionalibus reputarentur, illas tamen non de Haereditatibus pure Bernadianis, Jure paterno et materno aviticis sonare recte concluditur ex eo: quod quamvis Clara Bernád cum Fratre suo Joanne universa Bona sua divisisset vigore Divisionalium anni millesimi quingentesimi octuagesimi noni; in his tamen nulla mentio sit Divisionis Bonorum Also-Csernátoniensium, sed solum quod Joannes decem subditos in Pagis Sedis Kézdi in sororem transtulerit, non sorte Divisionis, sed in compensationem, et cambium ratae suae in Bonis Peterneksfalviensibus et Mező Madarasiensibus habitae Fratri suo cessac; ubi tamen si Ursula cum Francisco divisisset, cum haec Divisio in recenti memoria fuisset, praesummi non potest Claram non aeque cum Joanne Divisionem in Bonis praetendisse, praelucente Divisione anni millesimi quingen-

tesimi septuagesimi quarti. Accedit, quod si haec Divisio de aviticiis Jure Bernadiano tentis intelligi deberet, et in haec Jure Franciscus Deső condivisionalis fuisse, cum Tabela Genealogica dicat alterum Condivisionalium Nicolaum defecisse; siquidem mutua Bonorum Divisio importet mutuam Bonorum devolutionem; rata deficientis debuisset inter Joannem et Martinum Bernád, ac Franciscum Deső velut Condivisionales devolvi; quod tamen probatum non est. Caeterum etiam si admitteretur Franciscum Deső Jure materno condivisionalem in Bonis Csernatoniensibus fuisse, non potest haec Divisio aliter considerari, quam juxta Lineas Blasii et Mathaei. Cum vero constet Franciscum Deső e Linea Blasii fuisse, Divisio inter Filios et Filias hujus Lineae non potest nociva esse Filiis Lineae Mathaei, neque ab exemplo unius potest altera Linea gravari Divisione Filiarum, quia Filii et Successores Blasii Juri suo potuerunt cedere, licet in sui praejudicium, inde tamen non sequitur etiam Successores, Mathaei ad Divisionem cum Filiabus sua Lineae compelli de Jure posse.

Hinc neque Fassionem Michaelis Kálno-ki ad Sententionales revocatam Successionem Filiabus in Bonis Francisci Bernád adstruentis Actricibus suffragari; cum Franciscus hic Blasii et non Martini Filius, aut Mathaei nepos fuisse, cujus successores nunquam Juri suo cesserunt, neque Filias unquam ad Divisionem admiserunt, ut Producta Parti, Inctae testantur; sed neque Sententionales Joannis Hunyadi, aut Sigismundi Báthori, ut illas consideranti per se patebit, ad hunc casum trahi possunt. —

Praemissorum itaque intuitu; si quidem Pars Actorea nec Praefectionem utriusque sexui deservientem, nec Condivisionalitatem in sua Linea comprobasset, Tabulae Regiae Judicium per totum emendatur, et Generalis Sedriæ approbatur; excepto eo, quod Ursulam Bernád Praefectam fuisse judicasset, atque Inctum Georgium Bernád ab impetitione Partis Actoreae absolvendum, Bonaque litigiosa eidem, et ejus legitimis haeredibus et Successoribus virilis sexus, quoad hic perdu-raverit, eo vero deficiente, Filiabus retento Jure Praefectionis semper penes illarum Filios salvo permanente, Jure perpetuo relin-quenda, et pacifice possidenda adjudicantur et decernuntur.

Acquisita vero Joannis quondam Ber-nád et ejus res mobiles, ut inter Actrices et Inctum juxta Leges Patrias, et continentiam acquisitionalium in conformitate approbata-rum Deliberationum aequaliter subdividan-tur aequum esse censetur; ita tamen ut si in-ter haec talia reperiantur, quae de Jure et ab antiquo ad Jus Bernadianum, corpusque adjudicatae Haereditatis pertinentia rehabita-fuissent, haec Incto pari Jure tenenda et pos-sidenda remaneant, et solum e summa reac-quisionali sororibus suis ratam extradare teneatur sensu Legis Trip. P. 1-ae Tit. 21. Unde Causam praemissam pro expediendis desuper juxta emendationem praedeclaratam Litteris Sententialibus, iisque rite exequen-dis rursus ad Tabulam Regiam remittendam esse Gubernium definivit. —

*Tertiarum*, Deliberatorum videlicet Ta-bulae nostræ Regiae, Judiciariorum, Regiique nostri Gubernii, in Causa Comitis Antonii Rál-

Kálnoki de Köröspatak ut Actoris appellati, contra Alexandrum Seniorem Turi de Tamás-falva ut Inctum appellantem ratione Bonorum deficients Theresiae quondam Kálnoki, in possessione Bölön, Sedeque Siculicali Miklósvár existentium, latorum, altissimae item Regiae Decisionis in eadem Causa editae series sequens est: et quidem

*Delerati Tabulae nostrae Regiae Judiciariae, die vigesima sexta Mensis Maji, Anno Millesimo septingentesimo septuagesimo octavo lati, tenor talis est:*

Elucubratis Transactionibus, Judiciale prelo subjectis, et diligentie studio ex- cussis omnibus iis, quae a prima statim motae Litis origine ad praesens usque, tam coram Foro inferiori, quam hocce revisorio tractata, allegata, producta, et qualitercumque agitata sunt; comperit Tabula Regia in cursu praesentis Causae Partium Litigantium Advocatos suarum obligationum, ut et altissimarum ordinationum, venerationisque Judicibus et Judiciariae Sedi debitae penitus oblitos, non tam rem in sua puritate propnendi scopo, partesque suorum Principalium juxta Leges et aequitatem tuendi, simul ac defendendi animo, aut Judices informandi intentione egisse, quam potius inter se ri- xandi spiritu, disputandique et diffamandi pruritu occupatos fuisse; illorumque reprobabili facto evenisse, ut Causa cum maximo Legum abusu, iterum atque iterum repetitis Procuratorum Revocationibus, reiteratis Prohibitionibus, Inhibitionibus, Dilationum pe- titionibus, saepius insinuatis Apellationibus, et earum remissionibus, praeter necessita-

*Ns Szekely Nemz. Priv.*

tem quaesitis objectionibus, et exceptionibus, aliisque perplurimis cavillis et protelationibus. tot Tricis involveretur, longaque superfluarum allegationum, et taediosarum reiteratum serie, quae non tam argumenta, et rationes ad cognitionem Causae deservientes, reique substratae statum dilucidantes, quam pungentium verborum aculeos, et inanes, Judicialique conspectui indignas contentiones animadversione omnino dignas in se continent, obfuscaretur, et Judicibus ad exquirendum, e tot verborum spinetis contentiosarumque scriptitationum ultra Quintuplicam semet extendentium voraginibus veritatem, et via difficilior, et progressus redderetur tardior. Reprobatis igitur, et rejectis iis, quae praeter necessitatem impertinenter allegata, effrenique calamo scripta sunt, velut ocyoris Juris Cursus impedimentis, et obstaculis, praetermissisque etiam iis, quae extra corpus Transmissionalium producta aut scripta sunt, tamquam innovationibus coram Foro inferiori non agitatis, ideoque contra sensum Legis Approbatatis iisdem adhaerere nequeuntibus, factaque ad ea, quae directe essentialem causae statum, et meritum substratae materiae respiciunt descensu:

Si quidem Actor Spectabilis ac Magnificus Comes Antonius, Filius Adami, Filii Samuelis, Filii Stephani, Filii Valentini, Filii Petri olim Kálnoki de Körös patak, contra et adversus Generosum Alexandrum Filium Ladislai, Filii Francisci Turi ex consorte sua Anna Filia Ladislai, Filii Benedicti, Filii Thomae, Filii praementionati Petri dudum Kálnoki susceptum et progenitum Anno millesimo septingentesimo septuagesimo secun-

do Litem suscitando, ex eo, quod idem Inctus Bona Actionata antea per Theresiam Georgii quondam Mezei de Kenyér Mezö dum vixit consortem, Filiam vero Josephi, Filii Wolfgangi, Filii praescripti Ladislai, Filii praenominati Benedicti, Filii praememorati Thomae, Filii jam dicti Petri Kálnoki Truncí, qua talia, quae a Josepho Kálnoki patre videlicet et genitore suo in sexu virili deficiente in ipsam *qua Praefectam devoluta*, *Jureque Praefectionis* in Haereditatibus Siculicis vigente tenta ac possessa, penes in vestitam iisdem Bonis certam pecuniae summam per praememoratam Theresiam Kálnoki Georgio Mezeianam ab Incto in depurationem contractorum quorundam Debitorum levatam possideret; Actor vero verus tamquam et legitimus in sexu virili Kálnokiano Haeres (cui juxta naturam devolutionis Bonorum seu Haereditatum Siculicalium per mortem et totalem defectum Praefectae in Linea collateralı Theresiae Kálnoki Bona deficientis in utroque sexu Praefectae apprehendendi Jus affulsisset, competentiaque enata esset) eadem pro se adjudicari postulasset; Inctus et contra Jus Successionis non Actori, qui in remotiori Linea constitutus est, sed sibi, qui juxta praenotatam Genealogiam Annae sororis germanae supra memorati Wolfgangi Kálnoki nepos esset, adeoque in avia sua Anna virtuali Praefectionis Jure jam gavisus fuisse competere, seque in iisdem manuteneri cupivisset.

Horum igitur intuitu, praescindendo hic a reliquis quaestiunculis in hunc Processum per indirectum influentibus, iisque ad suum locum relictis, et inferius mox decidendis,

**i**nvenit Judicium Regio Tabulare totum Causae meritum in his potissimum complecti Status Quaestionibus.

1-mo An Successio Praefectionalis in Haereditatibus Siculicis vigens, ad Lineam Se- quioris sexus collateralem ascensionaliter ex- tendi possit, ita quidem ut filiae, quae Praefecta non fuit, esse nec potuit, Successores in tertio, quarto, et remotiori quoque gradu in infinitum, deficiente in utroque sexu altera Linea Titulo Praefectionis Bonis defi- cientis Lineae potiri possint, aut minus:

2-do An Inctus qua talis Actorem in remotiori quidem ramo constitutum, ast ab uno eodemque Trunco cum deficiente descendenter Masculum Haeredem e Haereditatibus pure Siculicis excludere valeat. nec ne?

Quibus hunc in modum erutis, et pro fundamento subsequendae Decisionis positis, quoniam Actor illam, quae recensita est Genealogiam de ramo in ramum et gradu in gradum validis Documentis indubie edocuisse, seque ab uno eodemque Trunco cum deficiente Theresia Kálnoki descendisse suf- ficienter demonstrasset; constaret autem Naturam Haereditatis Siculicae a' primo occupa- tionis tempore eam fuisse, ut Bona Siculo- rum, quae Decr. P. 3-ae Tit. 4-o Haeredita- tes nuncupantur, tamquam ab origine armis, sangvinisque effusione, et disciplina milita- ri acquisita, juxta Decr. P. 1-ae Tit. 5-um pro peculio pure castrensi habeantur; ita quidem, ut in iisdem non nisi Haeredes (qui praelu- cente Lege Decr. P. 1-ae Tit 17-mo Scripta soli filii sunt:) succedere possint. Quae Suc- cessio licet subsequis temporibus in tantum alterata fuerit, quod defienti in sexu virili

Siculo, titulo Praefectionis etiam filia succedere possit; cum tamen haec Successio Filiabus Siculorum non qua Filiabus, sed qua personam Filiorum induentibus personis, adeoque fictione Juris Filiis indulta, ideoque taliter regulata sit: quod si talis Filia patri suo Praefecta, Filios aequae ac Filias habuerit, in Bonis per Praefectam Matrem Jure Praefectionis tentis et possessis, soli filii, non itidem Filiae Succedant, Bonaque exclusis sororibus Fratri Praefectam matrem Fiu Leán y dictam repraesentanti addicantur, sicque Haereditas reobtenta priori natura quasi posthminio denuo dominio solius Masculi Haeredis subjiciatur. Unde clarum evadit: Haereditates Siculicas sua natura tales esse, quae nisi per introductionem Juris Regii, aut aliarum Acquisitionalium alteretur, semper Haeredes, id est Filios respiciunt; quo ita porro, manifestae sequelae est: intuitu Haereditatum Siculicalium a Jure Regio exemtarum, aut alio acquisitionis titulo liberarum, praesumptionem semper pro virili sexu stare debere, ita quidem ut virilis sexus haeredes a Faeminei sexus hominibus ad productionem Litteralium Instrumentorum cogi non possint, sed sexui Faemineo incumbat vel ex capite acquisitionis, vel Divisionis inter utrumque sexum praehabitae praetensum Jus suum contra sexum virilem efficaciter comprobare. Quo taliter in generalibus stabilito, sequitur jam prima Status Quaestio superius fusius descripta: An videlicet Inctus in Bonis Actionatis Jure Praefectionis per eundem praetensae Succedere possit, aut minus? decidenda; cuius intuitu, quoniam constaret Incti aviam Annam Kálnoki Francisci Turi

consortem, filiam vero Ladislai Kálnoki habuisse Fratrem Wolfgangum, certum est eandem superstite Fratre suo Wolfgango Ladislai filio, veroque Haerede, et in Bonis sui genitoris immediato successore, Praefectam non fuisse; constaret ulterius Wolfgangum habuisse Filium Josephum, Bona ab avo suo Ladislao in patrem Wolfgangum deventa decedente patre apprehendentem, vitaque comite possidentem; constaret demum Josepho mascula prole destituto; filiam ejusdem Theresiam Jure Praefectionis Successisse: prono fluit alveo Annum Incti aviam tempore Fratris sui Wolfgangi Haereditate paterna exclusam, tandemque qua Simplicem Filiam decedentem praefectionis Jure gavisam nunquam fuisse. Cum itaque Patris Praefecta non fuerit, absurdum utique, Legique consuetudinariae contrarium, et successorio Juri masculorum Haerendum valde praejudiciosum foret, si post mortem illo beneficio uti quiret, quod eidem, vel si hodieum viveret, nulla Lege competeteret; illa enim, quae Patris Prefecta non fuit, imo fieri nec potuit, pro Fratris Praefecta considerari nequit; tanto quidem magis, quoniam ex antiqua Gentis Siculicæ consuetudine, subsecutisque ejusdem Nationis Constitutionibus, signanter in Comitiis Udvarhelyiensibus Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto conclusis et emanatis, Praefectionis Successio semper directam Lineam descendantalem concernit, latiusque non extenditur, sed in eadem Linea emergente totali utriusque sexus defectu penitus extinguitur; ita quidem, ut qui deficiente Praefectae succedunt non Praefectionis, sed alio Jure succedere debent, quae omnia in binis Regii Gubernii Deliberatis, Annis millesimo sep-

tingentesimo quinquagesimo secundo, et millesimo septingentesimo sexagesimo tertio pronunciatis, hicque per Partem Actoream productis fuse declarantur, et Judiciali Decisione mediante cum approbatione inferiorum Fororum Judicio etiam confirmata sunt.

Quibus sic se habentibus, quo ad secundam Status Quaestionem evidenter prodit, pronaque est consequentia: Inctum praetenso Praefectionis Jure destitutum, hoc titulo, Actorem, verum tamquam et indubium virilis sexus Kálnokiani Haeredem ab uno eodemque Trunco cum deficiente Theresia Kálnoki descendantem e Bonis actionatis excludere, eademque pro se Jurs imaginariae solum Praefectionis (quae re ipsa nulla est) retinere non posse. Praetendit quidem Inctus fors de invaliditate praetensi Juris sui Praefectionalis conscientius, aut convictus.

1-o Ut Actor praeter Genealogiae probam juxta Decr. P. 1-ae. Tit. 47. etiam de praehabita Condivisionalitate doceat; quae Lex licet de bonis Comitatensibus cum collatione Juris Regii possessis, non vero Siculicis haereditatibus, (de quibus uti superius in conformitate Gubernialis Decisionis jam determinatum est, praesumptione semper pro sexu virili stante, idem ad productionem Litteralium instrumentorum cogi non potest) loquatur; observat tamen Judicium Actorem pro superabundanti sua sponte produxisse 1-o Divisionales inter Valentimum, et Thomam Kálnoki in Bonis aviticis a patre illorun Petro in eosdem devolutis Anno millesimo quingentesimo octuagesimo, die vigesima mensis Julii celebratas, edocentes eosdem fuisse Pe-

tri Kálnoki filos, et in certis Bonis (quae nunc quoque per familiam Kálnokianam possidentur) Divisionem celebrasse. 2-o Compositionales Anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono, die decima mensis Aprilis super Bonis in Köpetz, Miklosvár, Árkos, et reliquis, inter Benedictum, ejusque filios Michaëlem, Ladislaum, et Thomam, Stephanum item filium Joannis singulos Kálnoki, a Valentino et Thoma filiis Petri descendentes celebratas, speciem rectificationis habentes. 3-o Litteras Divisionales Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo primo inter Michaelem et Ladislaum filios Benedicti emanatas, quarum tenor si rationabiliter perpendatur, bonaque in iisdem enumerata considerentur, indubie evincet duas Lineas in Valentino et Thoma a se invicem separatas ab uno Trunco descendisse, et in Bonis ab antecessoribus suis Jure haereditario adeptis etiam realem Divisionem inter se celebrasse, adeoque Divisionem etiam in Bonis actionatis praefuisse; quae condivisionalitas allegato per Actorem, per Inctum vero subtictito potius, quam refutato in Bonis Kálnokianis composessorio, publica quoque, uti Actor asserit, notorietae constante, satis superque comprobatur.

Obtendit 2-do Inctus possibile esse Bona actionata post separationem duarum Linearum ab illis, qui in Linea Incti, et dificiens Theresiae Kálnoki abinde supervixerunt, acquisita fuisse; quae Incti praetensio, praeter hoc, quod simplici prae sumptioni absque omni proba superstructa, ideoque argumentum a posse ad esse ex incerto supposito allegatum nullius efficaciae esset, alias etiam sua sponte cadit: si enim Bona actionata sive per La-

dislaum, sive per Benedictum, sive per Thomam hujus Lineae Truncum post primam duarum Linearum separationem acquisita fuissent, dum Ladislaus Wolfgangi et Annae genitor decessit, inter Filium et Filiam velut Bona ex Capite praetensae acquisitionis utrumque sexum concernentia subdividi debuissent; quae Divisio quoniam non probatur, imo Inctus ipsem et ultro recognoscere dignoscatur Bona Ladislai Kálnoki in solum Filium Wolfgangum devenisse, bac etiam in parte Incti assertum fundamento, et proba carere manifestum est; eo quidem magis, quod ipsem et Inctus recognoscit, imo asserit Theresiam Kálnoki Wolfgangi neptem, Ladislai vero pro-neptem, in Bonis actionatis Prefectam fuisse, suumque Jus huic Praefectioni superstruere inititur; quo recognito, recognoscere debet et hoc: quod Bona actionata non acquisita, sed haereditaria sint. — Praefectio enim non in acquisitis, sed in Haereditatibus Siculicis viget, ita quidem ut ipsa Praefectio sola Bonorum naturam sufficienter evincere dignoscatur.

Objicit porro Inctus: dari aliam Lineam in sexu virili superstitem Actoris Linea propinquiores, cujus Lineae personis superextantibus, Actori velut remotiori ad Bona actionata nullum Jus, nullamque competentiam ad hucdum emersisse; quae objectio vel ut Incto incompetens contra Actorem nihil quidquam operatur, illaque objectione praetensum Incti Jus non solidatur, imo invalidatur; eo tum enim, dum alterius propinquioris Lineae Jus recognoscit, suum refutare videtur. Sed alioquin etiam ruente jam juxta superiora praetensae Praefectionis fundamento, silentibus quacumque ex ratione reliquis vi-

rilis sexus Haeredibus, Actor velut unus e Haeredibus Kálnokianis tam Legum dictamine, quam aequitatis ratione, omnimode facultatur Bona virilem solum sexum concernentia e manibus faeminei sexus tollere, et pro se revindicare.

Quod autem argumentum e Contractualibus inter Inctum ab una, ac Theresiam Kálnoki Anno millesimo septingentesimo sexagesimo octavo, die vigesima quinta mensis Septembris celebratis de promtum respicit; licet contrahens Theresia Kálnoki recognoverit Incti sanguinis proximioritatem, inde tamen Successio ejus non sequitur; verum enim est Inctum qua Annae Kálnoki nepotem sanguinis proximioritatē cum eadem habuisse, qua salva manente, Bona tamen naturam suam ob propinquorem talem sanguinis nexum mutare non possunt, imo eandem retinere debebunt; alioquin etiam de Successionis Jure a Legibus definito mulier Legum ignara disponere non potuit, quod vel si in casu summae indigentiae, et extrema ferme necessitate constituta fecit, illa tamen ejus recognitio contra Leges et antiquam Gentis Siculicæ consuetudinem nihil prorsus operatur, Inctoque nihil opitulatur.

Sed nec argumenta e Sententialibus Joannis quondam Hunyadi, et Nicolai de Vizakna anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo emanatis, tandemque Anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo per Principem Sigismundum Báthori confirmatis eruta plus Incto favere reperiuntur; frustra itaque in his Inctus praesidium quaerit, nam illæ Jus Actoris sustentare potiusquam illi obesse censemur; prout enim Gubernium easdem interpraetatus

est , et de iisdem in praecitatis binis suis De liberatis Judicium tulit , manifeste constat; utrasque Sententionales pro fundamento vetustam et laudabilem Siculorum consuetudinem posuisse, hanc vero Lex Decr. P. 3-ae Tit. 4-o ( quae Siculorum fundamentalis est ) ita declarat : quod hi Haereditates suas per Tribus et Generationes , Generationumque Lineas partiantur ; jam vero ipsa Legis notio evincit , per Tribus et Generationes Familias , quae in solis Filiis subsistunt , et conservantur (Filiabus per matrimonium in alias Familias transeuntibus) intelligi debere , tanto quidem a fortiori , quoniam ciuitatus Decr. P. 3-ae. Tit. 4-us Bona Siculorum Haereditates nominat , quae velut peculium pure castrense juxta D. P. 1-ae Tit. 18-um Juri Faemineo non deserviunt. Contradictorium enim esset , ut persona illa , quae placente Lege Decr. P. 1-ae Tit. 17. §. 2. Haeres nuncupari nequit , in Haereditatibus solos Haeredes concernentibus succedat : unde praescriptae Sententiales interpraetatione etiam Guberniali id innuente in conformitate Legis fundamentalis , et vetustae Siculorum consuetudinis , in favorem Filiorum explicandae censentur ; eo quidem tutius , quod iisdem per subsequas contradictiones , contrariaisque Decisiones jam diu derogatum extitit , ita quidem , ut etiam si earundem Sententionalium sensus is esset , quem Inctus iisdem tribuit , illae tamen contrario usu penitus sublatae censentur. Interim si eaedem penitus perpendantur , constabit illarum dispositionem non illam fuisse , ut uterque Sexus absque distinctione succedere debeat in Haereditatibus Siculicis ; statuitur enim Haeredes et Successores utrius-

que **Sexus** succedere debere; atqui Lege Decr. P. 1·ae Tit. 17·o expresse cautum habetur Haeredum nomine (qui in Haereditatibus legitimi Successores sunt) solos Filios intelligi, Filias vero Posteritatum nomine venire. Huc accedit porro, quod (uti ex his omnibus rationabiliter induci potest) eadem Litterae non de simultanea, sed successiva successione loquantur; cui interprætationi multum suffragantur Litterae Principis Georgii Rákoczi confirmationales, quarum tenor repandit Bona deficientium Siculorum in suae Generationis utriusque Sexus homines devolvenda esse, more tamen et consuetudine ipsorum antiquissimis observatis; jam vero certum est morem et consuetudines eorumdem in conformitate fundamentalium Legum (a quibus nunquam recesserunt) viguisse et observatas fuisse.

Quod demum Constitutionem Sedis Udvarhely attinet: an illa hodie ibidem vigeat, aut minus, de eo nihil quidquam probatum est; interim etiam si eadem in gremio illius Sedis observaretur, particularistamen, et privata unius Sedis constitutio, innuente Lege Decr. P. 3·ae Tit. 2. §. 6. alias Sedes, et totam Nationem regulare nequit.

Quibus modo in superioribus declarato definitis, et decisis: quoniam e praemissis manifeste prodiret, evidenterque constaret Inctum Jure Praefectionis nulla Lege, nullo Titulo, nullaque consuetudine gaudere posse, imo eundem tam Scriptarum Legum dictamine, quam antiquissima Gentis Siculicæ consuetudine Successionem Praefectarum regulantibus et determinantibus a vendicato sibi in Bonis actionatis Praefectionis Jure penitus

arceri ; evenisset porro allegatam , sed nequam comprobatam sexus faeminei in Bonis actionatis Divisionem nunquam praefuisse : prono fluit alveo , Inctum velut Sexus Faeminei descendente Bona Liti substrata nec ex Capite Praefectionis , nec ex Titulo condivisionalitatis , aut acquisitionis pro se retinere posse ; tanto quidem magis , quoniam ipsem et praetensi sui Juris incertus mox Praefectioni adhaerere , mox ad condivisionalitatem con fugere comperiatur .

Ruentibus igitur tam Praefectionis , quam Condivisionalitatis et acquisitionis fundamen tis , evanescensibusque omnibus illis Titulis , quibus Inctus praetensum perpetuitatis Jus in Bonis actionatis pro se stabilire annis est , clarum evadit : eundem Bona quaestiona ta juxta Expositionem Actoris non alio Jure et titulo , sed solum penes Contractuales inter illum Theresiam item Kálnoki Georgio Mezeianam Anno millesimo septingentesimo sexa gesimo octavo , die vigesima quinta Septemb . celebratas tenere ac possidere ; cuius intuitu , si quidem tenor earundem Contractualium evinceret , illam pecuniae summam in Hflorenis 2300 consistentem , quae per Inctum Bonis actionatis investita est , in depurationem antiquorum Debitorum prohibitionem Gubernialem praecedentium , levatam fuisse ; justum et ae quitati consonum est , ut summa Bonis actionatis investita Incto , velut in tantum bona fidei possessori refundatur . Sublata itaque in hac parte conditione , reformataque intuitu hujus puncti conditionata Fori inferioris decisione , ratihabitoque et approbato in reliquis omnibus punctis et clausulis ejusdem Fori Deliberato , Bona actionata Actori , velut in

sexu virili Kálnokiano superstiti condisionali Haeredi , modalitate in superioribus nota- ta , idest , penes depositionem investitae summae restituenda ; haecque omnia Contradic- tione , Inhibitione , et Repulsione Incti aut ali- orum quorumlibet non obstantibus debitae Executioni mancipanda judicando decrevit Tabula Regia . Usibus tamen et Fructibus , expensis item et Fatigiis per Actorem praetensis ex eo , quod Inctus juxta Contractua- les cum Theresia Kálnoiki initas Bona actionata penes investitam pecuniae summam bo- na fide possederit , Actor vero in Dominio oblatae pecuniae fuerit , et insuper quoniam Inctus Jus suum in Bonis actionatis ex ca- pite Praefectionis praetensem experiundi , et judicialiter definiendi facultatem , dubitandi que rationem habuisse dignoscatur non ad- judicatis.

*Deliberati vero Regii nostri Gubernii , in Libera Regiaque Civitate Nostra Saxonicali Cibinii , die decima mensis Aprilis , Anno millesimo septingentesimo octuagesimo pri- mo lati tenor talis est :*

Genealogica deductione Familiae Kálno- kianae a Trunko Petro Kálnoiki juxta Tabel- lam exhibitam , et per Partes recognitam , eo modo comperta , quod illa a duobus nunc dicti Petri Kálnoiki Filiis , Valentino quippe Actoris atavo , et Thoma in duas primum Generationes , Generatio autem Thomae in duas pariter Michaelis et Ladislai Filiorum Benedicti , Filii praefati Thomae Lineas , Linea denique Ladislai in duos vicissim Liberorum e- jusdem ramos , Wolfgangi scilicet , qui defi- cientis Theresiae Kálnoiki avus fuit , et An-

nae , cuius Inctus Alexander Turi nepos est ,  
 divisa habeatur ; Bonis porro substratis quoad  
 naturam suam pro Haereditatibus pure Sicu-  
 licalibus reputatis : Status totius controversiae  
 inter Actorem et Inctum subversantis ad hanc  
 quaestionem recidere dignoscitur : An Inctus  
 ad Bona actionata aliquam et an propiorem ,  
 quam Actor Successionis competentiam ha-  
 beat ? — Ad quam quaestionem decidendam  
 si natura Successionis Siculicae accuratius  
 perpendatur , patet juxta Decr. P. 3·ae. Tit.  
 4·um Siculos quoad Successionem in Haere-  
 ditatibus suis Siculicis diverso plane a reliquis  
 Regnicolis Jure ab olim usos fuisse , et hanc  
 diversitatem Juris , succedendi in eo consis-  
 tere , quod Siculi per Tribus et Generatio-  
 nes , Generationumque (prout diserte exprimi-  
 tur) Lineas Haereditates inter se partiri , et  
 dividere antiquorum more conservaverint ; Sen-  
 tentionales porro Sigismundi Báthori Princi-  
 pis anno millesimo quingentesimo nonagesi-  
 mo septimo emanatae , iisdemque insertae Jo-  
 annis de Hunyad Regni Hungariae adtunc Gu-  
 bernatoris Adjudicatoriae de Anno mille-  
 simo quadringentesimo quinquagesimo pri-  
 mo testantur morem antiquorum Siculo-  
 rum in partitione Haereditatum per Li-  
 neas Generationum citato Decretali Titulo  
 memoratum illum fuisse : quod si Siculus  
 semen Masculinum post se reliquisset , ex tum  
 Bona et Haereditates ejusdem in Sexum vi-  
 rilem seu Filios ; ipso autem in virili sexu de-  
 ficiente , in Sexum Foemineum Filias videli-  
 cet et alias quoque Sorores carnales ; demum  
 his quoque ex toto deficientibus in alios le-  
 gitimos remotiores ejusdem deficientis Suc-  
 cessores devolvi deberent . Constitutione vero  
 Gentis Siculicae Anno millesimo quadringen-

tesimo quinquagesimo primo in oppido Vásárhely condita clarius praescribitur: Ubi duo Fratres antiquis temporibus in eorundem Haereditatibus Siculicalibus ab invicem divisi fuerint, Successores eorum Haereditates Siculicales ad ipsos devolutas taliter possidere debere, quod quamdui in aliqua eorum proximitatis Linea Haeredes masculini sexus supervixerint, Haeredes Faeminei Sexus, in praejudicium Haeredum masculini Sexus, eisdem Haeredibus masculinis superviventibus, in Dominium ejusmodi Haereditatum se intromittere non valeant, deficientibusque hujusmodi Haeredibus masculinis, et aliquibus Faeminei Sexus Haeredibus superviventibus, de praescripta alia Linea proximitatis Haeredes masculini Sexus in hujusmodi Haereditatis partes succedere non valeant; deficientibus denique utriusque Sexus Haeredibus, tandem in aliam Lineam proximitatis naturalem antedictae Haereditates transire debeant.

Quae praecitata Documenta quanto vetustiora, tanto proprius ad veritatem, de praemissa antiqua consuetudine Siculorum elicendam (ut Sententiales Báthorianae loquuntur) accendentia clare ostendunt Successionis Siculicalis indolem ex antiqua consuetudine illam fuisse, quod licet Natura haereditatis Siculicae simultaneam Filii et Filiae successionem, id est Divisionem Filii cum Filia non patiatur; atque adeo si pater Filium, et Filiam post se relinquat, Haereditas superstite Filio in eum solum devolvatur; non extante tamen Filio, et solum Filia permanente, ipsa in parentis Haereditatem succedat; et si haec iterum Filios simul ac Fili-

Filias haberet, Haereditas apud solos Filios maneat; ea in casu intercedentis defectus successionis Lege observata, ut si in eadem proximitatis seu propinquitatis Linea Filius fuerit, Filias a successione excludat; si Filius non existat, Filiae ejusdem Lineae deficienti gradu proximiores succedant; si denique hae etiam in utroque sexu defecerint, tunc solum, et non prius agnati ex alia remotiori Linea ad successionem vocentur. —

Hanc Linealem usu antiquo receptam Filiarum in casu defectus Filiorum Successionem nequaquam alteratam, sed jugiter observatam esse, singuli in Transmissionalibus recensiti casus, Sententionalesque et Constitutiones iisdem insertae evincunt, nec adductum Domesticum in Familia Actoris exemplum ei repugnat; ibi enim Filia Dominici Kálnoki Juditha Collateralem in Bonis Francisci Kálnoki deficientis successionem contra superstites ejusdem Francisci Kálnoki Fratres carnales praetendens, a praetensione sua absque praejudicio declaratae Linealis successionis removeri potuit.

Hic praevio modo compertis Judicia Filiorum inferiorum in eo subsistere minime posse inveniuntur, quod agnatos Lineae collateralis remotioris, Filiabus Lineae in sexu virili deficientis in successione praetulerint; praeferentia enim Filiorum quoad successionem in Haereditates Sicalicas juxta praecestatam Legem et Consuetudinem in illo solum casu admittenda est, quando Filius in eadem proximitatis Linea, seu quod idem est, in eadem Linea, eodemque gradu cum Filia concurrit; si autem in Linea et gradu Filia deficienti proximior sit, tunc Filia Filium in

collaterali Linea, remotiorique gradu constitutum, a Successione de Jure municipali Siculorum excludit. —

Quum proinde ex praedeclarata Genealogica deductione constet Lineam Ladislai Kálnoki ipsius Incti proavi, a Linea Actoris, imo reliquorum etiam nunc superstitem Familiae virilis sexus Kálnokorum jam pridem secessisse; aviam autem Incti Annam Kálnoki cum Wolfgango defientis Theresiae avo sororem carnalem fuisse, atque ab eodem Trunco Ladislao descendisse, et in Linea ejusdem Ladislai nullam masculam prolem superesse; ex sensu praecitatae Legis ac inter Siculos ab olim usitatae, praetactisque Litteris declaratae Consuetudinis, Inctus ex Linea Ladislai in sexu virili defientis prognatus, ad Bona a communi stipite saepfato quippe Ladislao Kálnoki devoluta, propriorem quam Actor in Linea collaterali a modo fato Ladislao pridem secedente constitutus competentiam habere judicatur; consequenter Judicio Gubernii Bona Litigiosa Actori remittere non tenetur; si enim verum sit, quod in casu quo Ladislaus Kálnoki Incti proavus, communisque Lineae Incti et defientis Theresiae Stirps Wolfgangum Filium post se superstitem non reliquisset, in Bonis ejusdem avia Incti Anna Kálnoki successisset, et praedecessores Actoris eandem a successione excludere non potuissent; verum etiam esse debet, quod avia Incti ad Bona Ladislai propior Haeres, quam praedecessores Actoris extiterit, et sic Inctus quoque et Jure virtualis successionis in casum illum si Wolfgangus Haeredibus destitutus, vel quod tantum facit, non natus esset, habito a sua avia Anna Kálnoki in se

transfuso, et natura Linealis Successionis Filias in defectu Filiorum ejusdem Lineae haud excludentis, propiorem ad Bona litigiosa, velut a Ladislao Kálnoki devoluta competentiam habeat. — Nec argumenta seu ex Sentionalibus Inclytae Tabulae Regiae, aut Regii Gubernii in favorem Actoris per Fora inferiora adducta obstatre possunt; Sentionalibus enim illis excussis, patet casus tunc subversantes a praesenti penitus diversos fuisse; tunc enim quaestio vertebatur inter Filios et Filias in eadem proximitatis Linea, in eodemque gradu in se ipsis, aut progenitoribus suis constitutis; nunc autem quaestio est inter Filias Lineae deficientis, et Filios alterus Lineae a deficiente diversae; adeoque Deliberata tunc pronunciata relate ad causum tum subversantes intelligenda ad praesentem casum nec pertinere. Sed nec Leges in Deliberatis Fororum inferiorum citatae, praeter Tit. 4-um P. 3-ae juxta superiora Inkto potius quam Actori faventem, quidpiam officiunt, si quidem illae de Successionibus Communi Gentis Hungaricae Jure introductis loquantur, consequenter ad Siculos, qui diverso plane Jure, teste praecitato Decretali Titulo eatenus utuntur, trahi non possunt. —

Rationibus praeviis, Deliberatis Fororum inferiorum reformatis, lictus ab actione simpliciter absolvendus decernitur. —

*Altissimae denique Regiae Decisionis  
in praefata Partium Causa editae tenor talis est:*

4526

Sacratissimae Caesareo Regiae Apostolicae Majestatis, Archi-Ducis Austriae, Ma-

gni Principis Transilvaniae, et Siculorum Comitis Domini Domini nostri Clementissimi Nomine !

Inclyta Tabula Regia in Transilvania Judiciaria , Fratres nobis observandissime , observandi , et Honorandi ! Salutem et Gratiae Caesareo Regiae Incrementum . — Causam Comitis Antonii Kálnoki de Köröspatak ut Actoris , contra et adversus Alexandrum Turi de Tamásfalva velut Inctum , ratione Curiae Nobilitaris in possessione Bölon Sedi Siculicali Miklosvár ingremiata existentis , coram Tabula Sedis continua agitata , et abinde per solitos Apellationum gradus ad Gubernium hocce Regium , abhinc vero ad Thronum suae Majestatis Sacratissimae provocatam , dignata est sua Majestas Sacratissima virtute benignissimi ddto 29-ae Maji Anni Currentis 1782. exarati Rescripti Regii decidere in haec verba : JOSEPHUS SECUNDUS , Dei Gratia Electus Romanorum Imperator , semper Augustus , Germaniae , Hungariae , et Bohemiae Rex , Archi - Dux Austriae , Dux Burgundiae , et Lotharingiae , Magnus Princeps Transilvaniae , et Comes Siculorum etc. Illustres , Reverende , Spectabiles , Magnifici , Generosi , Egregii , Prudentes item ac Circumspecti , Fideles nostri , sincere Nobis dilecti ! Processu Causae Comitem Antonium Kálnoki de Köröspatak ut Actorem inter , et Alexandrum Turi de Tamásfalva velut Inctum , ratione Curiae nobilitaris in possessione Bölon Sedi Siculicali Miklosvár ingremiata existentis , in primis coram Tabula ejusdem Sedis continua agitatae , abinde vero per solitos Apellationum gradus ad vos , ac tandem ad supremam Revisionem et Determinationem

nostram deductae , Partium utpote Allegationibus , Productis , et Responsis maturius ruminatis et excussis , Deliberationibus item inferiorum Fororum in eadem factis invicem collatis , et penitus examinatis , Deliberata tam ante memoratae Tabulae continuae , quam etiam Regiae Judiciariae , quibus actionata Curia Nobilitaris ex erroneis principiis Actori adjudicata fuit , reformanda , vestrum autem , quo Inctum ab actione Actoris simpliciter absolvendum pronunciastis , velut in antiqua Siculorum Consuetudine fundatum , juxta quam nempe Faeminei Sexus Haeredes , non existentibus in eadem Generationis Linea Masculis , etiam collateraliter in Bonis caducis p[re]a virilis sexus Haeredibus cum deficiente in alia et remotiori Generationis Linea constitutis praeſiciuntur , clementissime approbandum esse inveninus , prout approbamus praesentium per vigorem . — Vestrum itaque erit Supremam hanc Sententiam , Decisionemque nostram Partibus suo modo Notam reddere . Quibus in reliquo Gratia nostra Caesareo Regia ac Principali benigne propensi manemus . Datum in Civitate nostra Vienna Austriae , die vigesima nona Mensis Maji , Anno Domini millesimo septingentesimo octuagesimo secundo , Imperii nostri Romani decimo nono , Regnum vero nostrorum secundo . Et subscriptum erat a sinistra : Josephus m. p. a dextra vero inferius : Georg. Bánffy m. p. ibidemque Paulo inferius : ad Mandatum Sacratissimae Caesareo Regiae Majestatis proprium Leopoldus de Haan m. p. eratque involutum prout Rescripta Regia involvi solent , Sigilloque suae Majestatis Aulico Viennensi super hostia im-

pressive communitum et roboratum, clause-  
que confectum et emanatum. Titulus vero  
legebatur talis: Illustribus, Reverendo, Spe-  
ctabilibus, Magnificis, Generosis, Egregiis,  
Prudentibus item ac Circumspectis N. N. Con-  
siliariis nostris in Haereditario Nobis Magno  
Transilvaniae Principatu Gubernialibus, Fi-  
delibus nostris sincere nobis dilectis. — Re-  
gia itaque hac, supremaque Decisione ad-  
stantibus Partibus, et respective earum Pro-  
curatoribus sub hodierno Consilio modalitate  
consventa publicata, quandoquidem reliquum  
esset ut illa debitae finalique mancipetur Exe-  
cutioni; hinc visum est eandem Inclytæ Ta-  
bulæ Regiae Judicariae in praemissis eo fine  
transscribere, quatenus de Expeditione con-  
suetarum Litterarum Sententialium, pro-  
curandaque Legibus et praxi conformi Exe-  
cutione congrue providere nullatenus inter-  
mittat. In reliquo altefata sua Majestas Sa-  
cratissima benigne propensa manet. E Regio  
Magni Principatus Transilvaniae Gubernio  
Cibinii *Die 3-tia Septembbris 1782.* Et subscrip-  
tum erat a sinistra: B. Samuel de Brucken-  
thal m. p. a parte vero dextra ad calcem: Mich.  
de Bruckenthal m. p.

*Quartarum, Deliberatorum scilicet Ta-*  
*bulae nostræ Regiae Judicariae, Regiique*  
*nostri Gubernii in Causa Alexandri Kálnoki*  
*contra Franciscum Zambler ratione Juris*  
*Successorii mota latorum, Litterisque Sen-*  
*tentialibus in Libera Regiaque Civitate no-*  
*stra Marus Vásárhely, die trigesima mensis*  
*Novembris Anno millesimo septingentesimo*  
*octuagesimo quarto legitime emanatis in-*  
*sertorum tenor talis est:*

## Deliberatum.

Revisis Apostolis, perfectisque allegatiōnibus, et Documentis in Triplicis ordinis Transmissionalibus contentis, licet facto Partium colligantium praesens causa plurimis difficultatibus involuta esset; illis tamen, quae ultra Sphaeram objectorum ad hanc Litem pertinentium praeter necessitatem per utrasque Partes adducta sunt, tamquam ad meritalem praesentis causae Decisionem non pertinentibus studio praetermissis, in his praecipue capitibus totum causae statum consistere compertum est: An videlicet Actor Actionem suam ad universa Bona Lazariano-Domokosiana extendisset, extendereque potuisset? aut potius vi Compositionalium Anno millesimo septingentesimo vigesimo quinto inter proles Thomae olim Kálnoki celebratarum, illam solum ad Jura praeclse Domokosiana applicare obstringeretur? Quorum intuitu posteaquam tam prima Litis motio, quam Procuratoris Revocatio per Actorem Anno millesimo septingentesimo octuagesimo, die decima Januarii instituta, ipsumque Pactum regulativum Anno millesimo septingentesimo octuagesimo primo, decima Mensis Fabruarii die initum, subsecutum item Novum Gratosum una cum Certificatoriis ad recipiendum Novum confectis, eo quo debuit modo perpensa, et curiose ruminata extitissent, manifeste prodierunt sequentia: 1-mo Actorem pro fundamento suae Actionis praejudicium illud, quod e compositionalibus Anni millesimi septingentesimi vigesimi quinti in ipsum redundavit, posuisse, Curiamque Alsó Csernátoniensem cum universis Appertinentiis

ad eandem spectantibus pro objecto Litis denominasse 2-do Anno et die superius memoratis Procuratoris Revocationem ideo instituisse, quod idem praeter intentionem sui Principalis, primamque Litis motionem pretensionem in serie suarum allegationum restrictive, solum ad Bona Domokosiana extensisset. 3-tio Tenore Pacti Normativi Anno superiori inter Partes celebrati sancitum esse, ut sepositis omnibus Processus naevis antea inter Partes decurrentis, praescindendoque ab omnibus Exceptionibus, penes Novum Gratiosum de proprietate solum Bonorum ageretur. 4-to Mandatum Novi Gratiosi, subsecutasque ad recipiendum Novum Certificatorias ad propriam Incti expositionem ipsius nomine expeditas ita sonare, ut vigore earundem Actor per Inctum ad comprobationem naturae Bonorum Lazariano-Domokosianoram provocatus fuisse, comperiatur; e quibus evidenter elucet, sensum Pacti Processum Novi Gratiosi praecedentis per ipsummet Inctum juxta intentionem Actoris interpretatum extitisse. His igitur taliter repertis, clariss est, quam ambigi possit, pro objecto Litis omnia illa Bona, quorum intuitu Actor se praejudicium pati praetendit assumi debere. Quo positio, si quidem tam ex ipsa Haereditatum Siculicalium Natura, quam Sententialibus Sigismundo Báthorianis constaret Bona Siculica, quae Juris Bernadiani praefuerunt, et in quibus Clara Bernád deficientis Joannis Bernád germana Soror tamquam Praefecta Succedere et debuit, et revera etiam Successit, in radice esse talia, quae contra antiquam Siculorum consuetudinem jam diu vim Legis habentem, iteratasque Decisiones

Judiciarias utrumque Sexum concernere non possunt; Eveniret porro eadem Bona a Clara Bernád in unicam ejusdem Filiam Juditham e marito suo Wolfgango Lazar suscep-tam devoluta in Successores Judithae Lázár e marito suo Steph. Domokos progenitos non alio , quam eo , quo in praememoratam Claram Bernád , ejusque Filiam mox mentionatam Ju-ditham Lázár translata erant , Jure devolvi de-buisse ; unde indubie prodit , quod licet Bona eadem juxta diversas devaluationis circum-stantias mox Lazariana , mox Domokosiana nuncupata sint ; ob varias tamen Nomencla-tiones a' Possessoribus eorundem depromtas primaevam Naturam amittere non potuisse , prout amisisse neque judicatur. Remanente prima itaque et radicali Bonorum Bernadia-norum Natura , ex eo , quod illa successu temporis prius nomen Lazarianum , tandem Domokosianum in se assumserint , Filiabus nullum in illis Succedendi Jus affulsit ; unde Juri , aequitati , antiquae item Gentis Siculi-cae consuetudini in devolutionibus Haeredi-tatum Siculicalium observatae conveniens e-rat , ut Bona Pauli Domokos in Praefectam suam Filiam Helenam devoluta , post defe-ctum Filiae Bona paterna Jure Praefectionis possidentis in Filium gradu proximiorem tran-scenderent possidenda ; licet enim Thomas Domokos Pauli Frater carnalis in Filia sua Elisabetha Joanne Abasiana eotum supervi-xisset ; quia tamen Filia solum patris non au-tem Fratribus Praefecta esse posset , Jure in Bo-nis praementio[n]atae Helenae Domokos suc-cedendi gaudere nullatenus potuit ; tanto au-tem minus Margaretha Domokos Successo-

res in Bonis illis justum aliquem Successio-  
nis titulum habuisse dignoscuntur, quod vel  
ex eo patet, quoniam dum decedente pree-  
notata Helena Domokos, Thomas Kálnoki Ca-  
tharinae Domokos Filius Bona eadem appre-  
hendit, Processusque intuitu eorundem Bonorum  
per Joannem et Juditham Miko Margaretha-  
e Domokos descendentes suscicatus ex-  
titisset, et idem Processus judicialiter conde-  
scendisset, amplius resuscitatns non est, sed  
recognito Filiorum Kálnokiorum Jure, Bona  
in Dominio eorundem relictā sunt. Nec quid-  
quam Inctis opitulantur argumenta e produ-  
ctis diversis Litteralibus instrumentis, utpote  
Divisionalibus, Concambialibus, Testamenta-  
riis Dispositionibus, et quibusdam Inquisi-  
toriis deppromta; haec enim etiam si omnia  
rite ac legitime expedita, externisque solenni-  
tatis sufficienter provisa essent; detecta  
tamen in radice Juris Bernadiani (quod de-  
mum uti superius quoque attactum est, er-  
ronea Nomenclatione prius in Lazarianum,  
tandem in Domokosianum transmutatum est)  
natura, his omnibus Jus Filiorum extingvi,  
Filiarum vero enasci haud potuit; Divisiones  
enim preejudiciose celebratae Bonorum Na-  
turam immutare, et veros Haeredes a legali  
successione excludere nequeunt; Litterae  
autem cambiales per Inctos productae an de  
Bonis actionatis loquantur, aut aliis, e te-  
nore, earundem haud elucet; Inquisitoriae  
vero contra evidentiam rei de Natura Bonorum  
sonantes ad edocendam Inctorum pree-  
tensionem sunt penitus inefficaces; hocque  
tanto etiam magis, quoniam Bona Bernadi-  
ana evanescere non potuerunt; superexisten-  
tibus autem illis Bonis, ut illa, tamquam

Haereditas Siculica, quoad Naturam nunquam  
 alterata soli virili sexui deserviant, antiqua  
 consuetudo, quae perpetua Siculorum Lex  
 est, exposcit. Quibus quo ad radicalem Bo-  
 norum actionatorum ex Jure Bernadiano de-  
 volutorum Naturam modo in superioribus  
 declarato inventis et determinatis; superest  
 adhuc quaestio de quantitate eorundem deci-  
 denda; cuius intuitu quoniam praeter Curi-  
 am Also Csernatoniensem, et molam ibidem  
 exstructam e productis Partium erui nequi-  
 visset, quae et quanta sint praecise Bona illa,  
 quae ab antiquo ad curiam illam pertinuerunt,  
 et in Claram olim Bernád Wolfgango Lazaria-  
 nam Jure Praefectionis, Siculicae devoluta sunt;  
 de eo autem, an praeter Jus Bernadianum a-  
 liquid, quod in radice pure Lazarianum aut  
 Domokosianum esset, per Inctos possideretur,  
 nihil quidquam edoctum esset; e Divisionali-  
 bus Anno millesimo sexcentesimo quinqua-  
 gesimo quarto confectis constaret, quos-  
 dam Jobbagiones, terras item arabiles, et fae-  
 neta ibidem inter quatuor Stephani Domokos  
 ex Juditha Lázár susceptas proles subdivisa  
 extitisse, ex rationabili inductione praesumi  
 potest, illa quae illam Divisionem ingressa  
 sunt, seu titulo acquisitionis, seu alio quo-  
 cumque Jure in dividentes tunc Fratres et so-  
 rores devoluta sunt, talia fuisse, quae utrum-  
 que sexum aequali Jure concernere debuerunt,  
 ideoque illa nunc quoque pro talibus judican-  
 tur, et utrique Sexui addicuntur, ita quidem,  
 quod si ex illis aliqua pars pro Actore occu-  
 pata esset, et prae manibus Actoris existeret,  
 Inctis illico restituere obstrictus sit; Curia  
 vero per Actorem Actionata, quae absque o-  
 mni dubio Bernadiana praefuisse constat, cum

universis appertinentiis ad eandem Spectantibus , (exceptis illis , quae jam virtute praementiorum Divisionalium Anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi quarti utrumque sexum aequaliter concernere declarata sunt) Actori , tamquam masculo Haeredi , absque expensarum et fatigorum refusionibus adjudicantur , et in Dominio illius relinquenda decernuntur ; Bonis tamen Batzoniensibus in Sede Bardotz situatis tamquam sub aliorum Judicum Jurisdictione existentibus huc non intellectis ; de illis enim Judices Sedis Három Szék Judicium ferre prout non potuerunt , ita tulisse neque supponuntur . Quod poro Procuratoris Revocationem per Inctos in Foro inferiori Causa penes Novum Gratiosum vertente insinuatam , exceptionem item ex capite praetensae Praescriptionis Actoratui oppositam concernit , ut etiam nonnullorum instrumentorum pro invalidis et vitirosis judicatorum statum respicit : quoad Procuratoris Revocationem , Testamenti item Ju- dithae Lázár Stephano Domokosianae in Anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono expediti cassationem , Deliberatum Fori inferioris penes Gratiosum latum approbatur ; ab Exceptione autem contra Actoratum erecta ipsimet Incti Foliis Transmissionalium sub C 15 - et 19 - o resiliisse comperiuntur ; Instrumentum vero An. millesimi sexcentesimi quinquagesimi secundi , quamvis quo ad materiam Inctis ad alterationem Naturae Bonorum ex prae- recensisitis in superioribus rationibus nihil suffragari possit , quo ad externas solennitates tamen pro solenni judicatur , et in hac parte Judicium Tabulae continuae emendatur ; illa demum , de quorum validitate , vel inva-

Iudicium Regium Nostrum Gubernium Judicium tulit, in conformitate Deliberati Gubernialis Forum inferius bene judicasse competitur. — Quo Judicio coram Partibus publicato, Incti in favorabilibus gratias agendo in onerosis vero in praesentiam Regii nostri Gubernii appellando, Nos cum praefatae Tabulae Nostrae Regiae Judicibus Causam eandem simpliciter transmittendam esse inveneramus; cuius quidem Causae Processu ad Forum Gubernii Nostri Regii devoluto, sequentem in eadem Causa die vigesima tertia mensis Septembris anni praesentis millesimi septingentesimi octuagesimi quarti edidit Decisionem, ad Tabulam Nostram Regiam pro congruo procurando effectu transcriptam talis tenoris: In Causa Colonelli Alexandri Kálnoki de Röröspatak ut Actoris contra et adversus Francisci quondam Zambler Successores et reliquos cointeressatos velut Inctos ad exclusionem Sexus Faeminei coram Tabula Sedis Sicalicalis Három Szék mota, et via Apellationis prius ad Tabulam Regiam, dein ad Regium Gubernium per Inctos deducta.

### Deliberatum.

Allegato per Actorem in Bonis actionatis Praefectionis Jure e Productis minime eveniente, adductisque per eundem principiis et Documentis ad legalem Sexus Faeminei Kálnokiani per iteratas inter sexum et sexum Divisiones continuo usu firmatas ad participationem Bonorum admissi exclusionem neutiquam sufficientibus, Partes Inctas judicialiter absolvit, et in Juribus suis Stabili, Causamque praesentem reformatis Foro-

rum inferiorum Judiciis pro reexecuendorum reexecutione sua via procuranda ad Tabulam Regiam remitti. E Regio M. Principatus Transilvaniae Gubernio Cibinii. 23-a Septembris Anni 1784. Et subscriptum erat a sinistris: B. Samuel de Bruckenthal m. pr. a dextris vero inferius David Székely Cancellarius m. pr. ibidem inferius: Stephanus Koszta Secretarius mpr. Erantque Sigillo nostro Judiciali authentico Transilvanico super cera rubra ductili impressive in margine inferiori communatum et roboratum, aperteque confectum et emanatum.

*Quintarum*: Sententialium utpote, in causa filiarum Posonianarum contra Stephanum Poson ratione Divisionis suscitata emanatarum tenor et verbalis continentia sequens est:

FRANCISCUS SECUNDUS, Dei Gratia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Apostolicus Hungariae, Bohemiaeque Rex, Archi Dux Austriae, Dux Burgundiae, Magnus Princeps Transilvaniae, Comes Tyrolis, et Siculorum. Fidelibus nostris Egregiis et Nobilibus

Tabulae nostrae Regiae in Transilvania Judiciariae Scribis ac Juratis Notariis, per Nos ad id specialiter exmissis, Vice Judici item Regio, Jurassoribus ac Notariis Sedis nostrae Sicalicis Marus, Gratiam nostram Cesareo Regioque Principalem! Noveritis quod Nobis die decima sexta mensis Aprilis Anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti, stante videlicet Termino celebrationis et Cursus Judiciorum Tabulae nostrae Regiae in Magno nostro Transilvaniae Principatu, Partibusque eidem readnexis Judiciariae juxta Caesareo

Regioque Principalem e consensu universorum Fidelium Statuum et Ordinum trium Nationum dicti Transilvaniae Principatus, Partiumque eidem reapplicatarum, factam ordinationem per distinctas Periodos continuae, ac pro tunc a Dominica Miserere usque ad Festum Pentecostes in Libera Regiaque Civitate nostra Marus Vásárhely durante, ad quam utpote Tabulam nostram Regiam Judicariam Causae Fidelium nostrorum Regnicularum Transilvaniae, et Partium eidem reincorporatarum, tam per formam brevium Judiciorum, quam etiam longo Litis processu determinari et adjudicari solitae (demtis Di aetalibus) universae generaliter fuerant prorogatae, una cum Fidelibus nostris sincere nobis et respective dilectis Spectabilibus, Magnificis, Generosis, et Egregiis, Daniele quondam Zejk de Zejkfalva Consiliario nostro, paefataeque Tabulae nostrae Regiae Judiciaiae in Judiciis Tabularibus in persona nostra Praeside ordinario, Cubiculariorum item nostrorum Regalium in eodem Haereditario nobis Transilvaniae Principatu Vice Magistro, Magistris item nostris Protonotariis, ac Juratis ejusdem Tabulae nostrae Regiae Judiciaiae Assessoribus pro faciendo causantibus Judicio moderativo in eadem Tabula nostra Regia pro Tribunal sedentibus et constitutis, Nobilis Emericus Nemes de Szent István, tamquam legitimus Agilis Stephani Poson de Szent Imre nunc in Possessione Jedd Sedi nostrae Siculicali Marus adjacente residentis ut Incti appellantis Procurator, obtenta prius serie, factaque prae foribus Litigantium ulti moris est et consuetudinis receptae legitima honestarum faeminarum Judithae Stephani

Kelemen de Jedd , Annae Sigismundi Nagy  
 de Kebele , Catharinae Joannis Kováts de Ki-  
 béd , et Sarae Stephani Bari de Batzka Ma-  
 das Singularum Poson , praescriptorum ma-  
 ritorum suorum Consortium , ut Actricum A-  
 pellatarum proclamatione , coram nobis in  
 figura Judicij nostri comparens , exhibuerit et  
 praesentaverit nobis acta Processualia in ca-  
 usa predictarum Actricum contra mentiona-  
 tum Inctum ratione Divisionis coram Tabu-  
 la Districtus Marus Vásérhelyiensis mota , re-  
 stituto autem subinde pristino Judiciorum cur-  
 su coram Sedria Generali Sedis nostrae Siculi-  
 calis Marus assumta et decisa , maturiorisque  
 revisionis gratia ad Tabulam nostram Regiam  
 Judiciariam , nostram videlicet in praesentiam  
 appellata , sub vigesima tertia Mensis Maji An-  
 ni millesimi Septingentesimi nonagesimi quar-  
 ti per officiolatum ejusdem Sedis Marus sub-  
 missa ; e quibus actis Processualibus informa-  
 bamur : Qualiter antelatae Actrices , Juditha  
 ut pote , Anna , Catharina , et Sara singulae  
 Poson medio porrecti sub praesentato 8 va Ja-  
 nuarii 1788 ad Tabulam Districtus Marus Vá-  
 sárhelyiensis Libelli Actionalis exposuissent ,  
 quod per mortem Genitoris earundem Mi-  
 chaëlis Poson , præ manibus Genitricis ipsa-  
 rum Elisabethae Fogarasi certa Bona in pos-  
 sessione Jedd Comitatui de Rüküllő cum Se-  
 de Marus unito ingremiata , partim cum Bo-  
 nis aviticis utrumque sexum concernentibus  
 cambiata , partim coacquisita mobilia pari-  
 ter et immobilia remanserint , eademque Ge-  
 nitrix conservaverit , melioraverit , et auxerit ,  
 in quorum probam Litteras Inquisitorias qua-  
 druplicis Ordinis producendo , ulterius propo-  
 suissent , quod universa Bona post decessum  
 Geni-

Genitricis Frater ipsarum couterinus Stephanus Poson cum exclusione Actricum possideret, ratasque Actricum portiones, licet sub 26-ta Septembris 1785 legitime admonitus, subinde autem 15-ta Novembris ejusdem Annii ad expetendos a Tabula Continua Divisores Commissarios certificatus exstiterit, Divisoresque Commissarii ad instantiam Actricum sub 20-ma Januarii Anni 1786 emissi, posteaquam praemissa Certificatione Executionem tentare voluissent, repetitus Inctus eandem Executionem Inhibitione obvians, subseque ad reddendam Inhibitionis rationem certificatus, extradare nolle; cupivissent itaque ratas suas e Bonis universis praevia ratione ad manus Incti devolutis, ipsasque Actrices juxta Decr. Trip. P. 1-ae Tit. 17-i § 4-tum item Tit 19-um aequali Jure concernentibus, cum usibus et fructibus a die admonitionis perceptis excindi, sequestrari, manibusque suis penes rebonificationem expensarum et fatigorum assignari. — Actionali hoc Libello parti adversae pro exhibenda intra nonaginta dies responsione, decretato et admanuato, praedictus agilis Stephanus Poson sub praesentato 17-ae Aprilis 1788 sequentem adornasset Responsionem: Licet e combinatione fassionum Testium in Inquisitoris Actricum, productisque Incti Relatoriis adjutorum magna elucescat contrarietas; eo tamen non obstante luculenter importatur 1-mo Naturam inactionatorum esse unice sexum virilem concernentem Siculicam Haereditatem. 2-do Acquisitiones etiam per solum Partium Genitorem absque insertione nominis et cursu Genitricis earundem factas fuisse; in harum propositionum probam deduxisset In-

ctus devolutionem Haereditatis Siculicae in Possessione Soo Várad Sedi nostrae Siculicæ Marus ingremiata praeexistens, et ab agili dudum Francisco Magyarosi per Filiarum Praefectorum Successionem in agilem Michaëlem Poson Partium Genitorem condescensæ, per hunc autem agili Francisco et subinde Andreæ etiam Szabo pro inactionatis Jeddensibus Bonis penes superadditionem centum septem decim Hflorenorum cambiatae; cum itaque cambium induat naturam cambiati, indebitam esse Actricum praetensionem allegasset; Elisabetham porro Fogarasi coacquisitricem haud fuisse evincerent productæ sub N.o 3.o Contractuales de anno millesimo septingentesimo quadragesimo primo, die vigesima octava mensis Martii; accederet huc id ipsum etiam, quod Litem ratione inactionatorum per Familiam Váradi motam ipsem Inctus defenderit absque concursu sororum suarum; eadem sorores e Bonis aviticiis honeste, quin etiam supra competentiam fuerint emaritatae, adeoque vel ob hoc e mobilibus alioquin etiam absque ulla proba et specificatione praetensis ratam accipere nequirent, tanto quidem a fortiori, cum post emaritationem earundem Genitrix Elisabetha Fogarasi intentionem ab Incto obtinuerit, expensæ sepulturales per eum supportatae fuerint; quae omnia e productis Inquisitoris paterent; et si Fassiones Testium non convenienter, eosdem in ductu ordinis Judiciarii § 207 pro confirmandis Juramento Fassionibus compelli; comprobataque taliter indebita Actricum praetensione, semet ab imputatione Actricum penes expensarum, Fatigiorum, et si Juris erit, indebita.

etiam vexae refusionem absolvit postulasset: Hac iterum Responsione Parti adversae decretata, praementio[natae] Actrices Replicam suam exhibuissent, in qua naturam inactinato[r]um Siculicæ Haereditatis esse negabant, Genitricem etiam coaquisiticem fuisse iterato productis Inquisitoris probare nitebantur. Factis denique mutuis usque ad Quadruplicam more eotum consveto contentionibus, actisque irrotulatis Tabula Districtualis die duodecima mensis Decembri anni millesimi septingentesimi octuagesimi noni interlocutorie iudicasset: Si quidem Actrices prætendant Fundos actionatos titulo perennalis cambii apprehensos, ex natura fundi pro his in Só Várad per Genitorem suum in cambium dati avitcalis, utrumque sexum concernentis Actrices quoque aequaliter concerne debere, atque hoc suppositum ex Inquisitione sua sub A ad Nrum 1-um producta ad utrum 5-um Testes quoque 1, 13, 14, 15, 16, ex certis suis Scientiis importare videantur; Inctus vero Actricum hujusmodi prætensioni dissentiendo, fundum praedictum in Só Várad titulo praementio[nati] cambii, dicto Andreæ Szabo perennaliter translatum, tamquam haereditatem suam Siculicam, non nisi virilem sexum, adeoque se solum concerne debuisse, hocque assertum suum Testes ejus 7, 8, 9, et 12-us ex Inquisitoris sub N-ro 1-mo ad Nrum II-um exhibitis ad utrum 7-um scienter fateri comperiantur; ac taliter in hoc puncto discernendæ quaestionis de natura Bonorum Liti involutorum, Testes ambarum Partium suis in relatis contra se in vicem repugnantes Judicis Deliberationem impediunt; binc Testes ex Inquisitoris Partis Actoreæ

de anno 1781. 1.um Joannem utpote Madaras, 13.um Pretrum Nagy, 14.um Joannem Nagy, 15.um Martinum Varga Seniorem, et 16.um Michaëlem Orbán ad utrum 5.um; Testes vero ex Incti Inquisitorii anni 1786 sub Nro 2.do 7.um Michaëlem Vas, 8.um Stephanum Sigmond, 9.um Franciscum Toth, et 12.um Petrum Nagy ad utrum 7.um super edicisis suis authenticandos, ac circumstantialiter uberius investigandos in praesentiam Judicij ad diem 14.um a die admanuationis praesentis Sententiae, per ambas Partes personaliter statuendos esse; expensis et fatigis hactenus insumtis ad causae Decisionem relegatis interim aequaliter supportandis. Qua Tabulae Districtualis Sententia Partibus utrisque admanuata, Testes ab utrinque Statuti per exmissum e Gremio Judicij Commissarium Die 19-a Febr. 1790 confrontati et authenticati exstitissent. Cum autem restitutis antiquis Judiciorum formis, Causae hujus assumtio et decisio Sedriae Generali Sedis nostrae Siculicalis Marus incubuisse, eadem Sedria Generalis in judiciale trutinium sumtis universis actis irrotulatis, sequens die decima quarta mensis Februarii Anni millesimi septingentesimi nonagesimi quarti tulisset pronunciassetque

### Deliberatum :

Jedden lakott Néhai Poson Mihálynak, és Feleségének Néhai Fogarasi Ersébethnek halálokkal ötosztozatlan gyermekei maradván, ugymint a' mostani Felperesek Poson Judith, Poson Anna, Poson Kata, és Poson Sára, ugy az Alperes Poson István; a' név szerént ki irtt Felperesek az ugyan ki nevezett Néhai Szülöjök halálok utánn még a' Continua Táb.

láknak fenn állása alkalmatosságával, a' régen el mult 1785-dik esztendőben admoneáltatták vala az Alperes Poson Istvánt, mint osztozatlan, és osztály alá botsáttatni kivánt minden Joknak Birtokossát, hogy a' Felpreseket illető részeket atyafiságosan adná ki. Mely Admonitiora is az Alperes semmi készséget nem igérvén, ugyan az 1785-dik esztendőben Divisor Commissariusok, Osztoztato Birák ki kérésére certificáltatták a' Felperek Alperes Testvéreket, és a' mindjárt következett 1786-i esztendőben bé adott panaszos kérésekre ki is rendeltettek a' Törvényes Osztoztato Birák, kik is az előre botsáttott Törvényes certificatio utánn, midön az executiot tentálták volna, Jelt kérvén az ilyen szinű dologban bé vett régi Törvényes szokás szerént, azt meg akadályoztatta, inhibeálta az Alperes; mely Inhibitiojáért, vagy is inkább annak ok adására ugyan az 1786-dik esztendőben Februariusnak 1-ső napján az akkor Continua Táblára meg hivattatott, certificáltatott a' többször említett Alperes. Mely ilyetén Certificatio után tsak hamar a' Törvények folyásai az ugy nevezett Ujj Törvénykezés rende által változást szenvedvén; minthogy a' fenn név szerént ki irt Felperek el kezdett osztályos pereket a' meg indított uton tovább nem folytathatták, alkalmaztatván magokat az akkor békézett módon, és rendhez, ujjabban is az 1788-dik esztendőben actionálták a' Felperek nevezett Alperes Testvéreket a' volt Vidéki Tábla előtt azért hogy Néhai Attyok, és Annyok halálával maradott Fiat Leányt egy aránt illető mind immobile Bonumokkal tserélt, mind pedig acquiralt mobile és immobile az Alperes által

el tartott osztályra nem botsátott Jokbol a' Felpereseket illető részek ki adattassék. Mely actiojoknak meg erősítésére bé adnak a' Felperesek a' Continua Tábla idejében költ régi Levelek mellett négy rendbeli Esketés Leveleket, a' melyekkel is azt igyekezik meg bizonyitani: hogy azon Só Váradi rész Joszágotska, mely az actioban forgo Jószágokért cserében adatott, valóságos Fiat Leányt egy aránt illető Jószág volt; nem külömben a' cserén felyül adott pénzbeli summa is a' Felperesek, és Alperes Néhai Szülöjöknek edgyütt gyűjtött szerzemények vólt; és ezen okokból kivánnyák magok részeket a' Jószág hasznával, költség, fáradtság, és az hittel meg bizonyittando kész pénznek törvényes Interesse meg fordittásával ki itéltetni. Ezen prae-tensioja a' Felpereseknek az akkori mód szerént közöltetvén feleletre az Alperessel, bé ád ez is maga mentsegére több Documentumai között nevezetesen két rendbeli Esketés Leveleket, és az actionált Jószágnak örök áronn lett meg vásároltatásáról költ Contractuális Levelet, 's ezek mellett azt igyekezi meg bizonyitani: hogy az actionalt Jók pénzbeli Superadditio mellett a' Só Váradi rész Joszággal tseréltetvén, és örökösítettvén meg, mint hogy az irt Só Váradi Jószág pura Siculica, Leányt telyességgel nem illető Haereditas volt, tehát az actionált Jeddi Jók is ennek természetét öltözvén fel, a' Felperesek azokbol részt nem kiváhnak, annyival is inkább, hogy az azon jóknak meg örökösítésével készült Contractusban is a' peres felek néhai édes anyoknak neve (nem lévén Néhai Férjének co. acquisitrix) nem inseraltatott.

Mely ezen , 's több elő nem számlált Documentumoknak bé adások mellett a' szükséges , és éppen Quadruplicáig tett egyben felelések utánn az egész Per folyás rendi irrotuláltatván , még a' volt Vidéki Tábla Ítélete alá botsáttatott ; de a' Törvények akkori folyásának módja az ujjabbi változások által ismét a' Törvényes régi lábra viszsza állittatván ; minekutánna a' Felséges Királyi Rendeléseknel fogva rövid continuata mellett ezen Per folyás rendi a' Derék Szék Ítélete eleiben terjesztetett ; meg visgálta szorgalmatoson minden a' bé adott Bizonyitto , és Ok Leveleket , mind pedig az azok mellett minden két részről tett allegatiokat , nem különben a' peres Felek által magok erősségekre emlegett Törvényeket is meg olvasta ; a' melyekből is minekutánna a' szorgalmatos meg visgálás utánn a' két Feleknek bizonyittásai egyben vettettek volna ; ulyjött ki egyenesen , hogy az actionált Jók a' peres Felek néhai szülöjük által , a' Só Váradi rész Joszagnak cserében lett adása , és pénzbeli superadditio mellett örökösítettek meg . Mely ezen tserében adott Só Váradi Joszagnak természetéről , hogy valyon az pura Siculica Haereditas e' , vagy nem ? bővebben is meg gyözödni kívánván , a' Derék Szék , minthogy az egész Kerestetnek ki menetelét ezen Kérdés regulázhatta ; e' részben is ulytalálta a' Derék Szék : hogy ámbár minden a' két rész maga erősséteit meg bizonyítani igyekezte , és ámbár az Alperes bé adott Esketés Leveleiben foglalt vallónak vallomásaival bővebbeskén láttatik bizonyítani , mint sem a' Felperesek ; minden azonáltal ezen Bizonyittások is a' Birói Törvényes meg gyözödésre elégteleneknek talál-

tatván, elő vétegett a' radix Acquisitionis, — az Alperes által maga mentségére bé adott örökössítésről készült már fennebb is emlegett Contractualis Levél, a' melynek is regulatioja szorol szora így találtatik: hogy *adá meg irt Haraszkereki Szabo András Uram-örökösön Fiuról Fiura irrevocabiliter, maradványról maradványra etc.* — Melynek ezen tartását egyben vettén a' Decretum 1-ső Ré. sze 17-ik 19-ik és 73-ik Titulussaival, egyenesen ugy jön ki: hogy az actionált Jók a' peres Felek néhai szülöjök által is mind két, az az, Fiu, és Leány ágra reguláztattak; homály nélkül oda utasítván a' citált Törvények is, hogy a' hol Fiuról Fiura, maradványról maradványra reguláztatik a' Keresmény, ottan a' Leányág is világoson belé értettetik. Mint-hogy tehát a' fenn emlegetett Esketés Levelekből a' Keresetben forgo Joknak természte ki nem világosodott, azért a' citált Contractus tartásánál, és a' 73-ik Titulus erősségenél fogva (mely a' Biroteggenesen oda utasítta, hogy az hol valamely Jószágnak természete a' Levelekből ki nem tanultathatik, tehát mindenkoron az ok Levelekre kell fogni, a' melyekből ki tettzik, a' Joszágot elsőben is mint keresték) a' Keresetben forgo Jok Fiat és Leányt egy aránt illetöknek esmertetvén, hogy az Alperes a' Felpereseket illető részeket mind az immobile, mind pedig az Atyai háznál későbbre meg holt Annyok halálával maradott mobile Bonumokból ki adja, meg itéltetik. — Minthogy pedig az Alperes által bé adott edgyik Esketés Levéből ugy jött ki, hogy a' peres Felek Néhai édes annyát az Alperes egyedül tisztességen temettette, takarította el, más felöl pe-

dig hogy a' Felperesek annak idejébe tisztes-  
ségesen ki házasítattak ; erre nézve ki rende-  
lendő Executor ő Kegyelme ahoz értő értel-  
mes Commetaneusok által eruáltatván mind  
a' temetésre , mind pedig a'Felperesekre kü-  
lön külön a' ki házasításkor tett költséget ,  
's ki húzván egy annyit az Alperes részire az  
Atyai háznál maradott mobilékból (ide nem  
értetődvén telyességgel az Alperes által a' Leá-  
nyok emaritatiojok utánn szerzett ingó , és in-  
gatlan Jók) a' mennyi edgyik Leánynak ment  
volt ki , 's ugy a' temetésre tett költség is , ez  
az Alperesnek hagyattassék meg ; a' többi a'  
mi e' szerént fenn marad , a' peres Felek kö-  
zött köz osztályra itéltetik . Minthogy pedig  
a' peres Feleknek mind két részről okok lát-  
tatott a' perlekedésre lenni , az usus fructus  
meg nem itéltetik , a' költséget , fáradságot  
egy aránt szenvédvén . Mely Itélet Contradi-  
ctio , Inhibitio , és Repulsio ki rekesztésével E-  
xecutioban vétetni rendeltetik .

Hoc Deliberato coram Partibus publica-  
to , Inctus Apellasset Causam prae sentem ,  
Actricibus autem contendentibus eadem Se-  
dria ex eo , quod quaestio de Successione in-  
ter sexum et sexum subversetur Causam trans-  
misisset , et medio Relationis suaे sub vige-  
sim tercia mensis Maji Anni millesimi sep-  
tingentesimi nonagesimi quarti Universa Ac-  
ta Processualia irrotulata Tabulae Nostrae Re-  
gliae Judiciariae submisisset ; ubi exhibitis ab  
utrinque rationibus Apellandi pariter et ju-  
stificandi , Causaque Judicio submissa , Nos  
habito desuper et assumto Fidelium Nostro-  
rum Nobis dilectorum Spectabilium , Magni-  
ficorum , Generosorum et Egregiorum Sigis-  
mundi Cœmitis Haller de Hallerkő Camerarii

Nostri, praefataeque Tabulae Nostrae Regiae Judiciariae Actualis Assessoris primarii, et pro nunc in persona Nostra Praesidis Interimalis, Magistrorum item Nostrorum Protonotariorum, ac Juratorum ejusdem Tabulae Nostrae Regiae Judiciariae Assessorum maturo Judicio, sanaque Deliberatione praehabita, sequens die nona mensis Junii Anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti tulimus pronunciavimusque.

### Deliberatum:

Felperesek Poson Judith Jeddi Kelemen Istvánné, Poson Anna Kebelai Nagy Sigmondné, Poson Kata Kibédi ifjabb Kováts Jánosné, és Poson Sára Batzka Madarasi Bari Istvánné, ugyan Jedden lakó Poson István Fiú testvérek Alperes ellen, néhai édes Attyok Poson Mihály, és annyok Fogarasi Er'sébeth halálokkal a' nevezett Faluban Jedden maradott ingó, és ingatlan minden Jónaknak közöttök egyenlőleg kivánt fel osztásorra indított Törvényes Processusban a' Nemes Maros Széki Derék Szék által 1794-ik eszтendőben Februariusnak 14-dik napján hozott Derekas Itéletet, a' mennyiben meg itélte, hogy, a' Keresetben forgo Jokból, mint Fiat Leányt egy aránt illetőkből a' Felpereseket illető részeket az Alperes adja ki, ezen Törvényes Királyi Tábla is helyben hagyja, az also Szék Itéletében meg írt okokon kívül azon okból is, hogy midőn mind két Felek Bizonyittásáiból meg világosodott, hogy ezen Kereset alá vont Jeddi Joszágok kereste alkalmatosságával cserében adott Só Váradí Joszága az osztozo Atyafak édes Attyok-

nak Poson Mihálynak anyai Joszága volt, az Alperes meg nem bizonyította tökélletesen, hogy az olyan valóságos Székely örökség lett volna, melly egyedül tsak Fiú ágra nézendő, és, a' Poson Mihály annyára nem külömben, hanem Székely Praefectio Jussán szállott volna; Nagy Annyok Successioján szálván te-hát az, az osztozo peres Felek attyokra Poson Mihályra, abban a' Leányoknak Jussok mind addig fenn marad, mig a' Fiú ellenkezôleg meg muttná, hogy azon örökség valóságos eredeti Székely természetü, következésképpen tsak Fiat illetô vóna, és a' Poson Mihály annyára tsak Praefectio Jussán szállott volna, annyival is inkább, hogy a' Praesumtio mindenkor a' valóságos Birtok, és közelebbi devolutio mellett használhatván, inkább, hogy sem a' Székely Joszág tsak Fiú ágot illetősége praesumtiojánál fogva a' Felperes Leányok az ök Attyokra anyai ágon szállott Joszághoz gyökeres Jussok meg bizonyittására szorittathatnának. Helyben hagyván azért a' Királyi Tábla a' peres Felek között tejendő Osztályról költ Itéletét az also Széknek, hogy az Osztály közöttök a' szerént, az Alperes, vagy mások akárkik ellent mondások, eltiltások, vagy ellent állások ki rekesztésével tökélletességre vitessék, meg határoztatik, költségeket mind a' két Felek egy aránt szenvedén. —

Hoc Deliberato sua modalitate coram Partibus publicato, Inctus vicissim appellabat Causam, cupiebatque transmitti, Actricibus iterato contendentibus, Nos Tabulaque Nostra Regia Judiciaria Causam praesentem simpliciter transmittendam judicavimus; inque hujus Judicii sequelam universis Actis,

Judicio Regii Nostri in praedicto Transilvaniae Principatu Gubernii submissis , idem Gubernium Nostrum Regium die decima octava mensis Novembris Anni millesimi septingentesimi nonagesimi octavi sequens tulit

### Deliberatum :

Actricibus in portione Só - Váradiensi in Actricum quoque Genitricem Jure solum Praefectionis devoluta , et pro alia portione Jeddiensi in cambium data praetensem aequale successionis Jus , contra Naturam Haereditatis Siculicae , Jurisque prae sumptionem , quod in Bonis Siculicis Successionem sexui solum virili defert ; haud valide comprobantibus , iisdem in ductu Decr. Trip. P. 1-ae Tit. 73. non nisi ratam portionem e pecunia cambio supperaddita , et juxta productas Litteras cambiales 117 H florenos efficiente , cum obveniente a die praemissae admonitionis , ut poté 26-ta Septembris Anni 1785 usque diem peragendae Executionis computando legali Interusurio , exscindendam venire , e Bonis vero mobilibus nacta jam emaritatione nihil plane competere , reformatis Fororum inferiorum Sententiis judicatum est , expensis et fatigiis mutuo toleratis.

Praesenti etiam Deliberato Partibus sua modalitate publicato , Actrices Appellabant causam praesentem ad Thronum Majestatis nostrae altioris revisionis gratia , et ex dictamine Legis Decr. Trip. P. 3-ae T. 4. §. 6. item ex eo , quod extra Dominium sint constituae , eandem causam simpliciter transmitti postulabant , in casum autem denegandae Trasmissionis Recursum insinuabant ; Inctus

petitae apellationi contendebat, cupiebatque eandem haud admitti, casu vero in contrario protestabatur de ulterioribus expensis; Gubernium autem nostrum Regium causam eandem simpliciter transmittendam judicavit. Hac itaque ratione causa praesenti in via apellationis ad Augustum Majestatis nostrae Thronum penetrante, ab eodem Throno die trigesima prima mensis Martii Anni currentis millesimi octingentesimi secundi, stante videlicet termino celebrationis Judiciorum Tabulae nostrae Regiae a Dominica Invocavit usque ad Dominicam Judica durante, Fidelibus nostris nobis dilectis praescriptis Praeside, Magistris item nostris Protonotariis, ac Juratis ejusdem Tabulae nostrae Regiae Assessoribus, una nobiscum in eadem Tabula nostra Regia pro Tribunal sedentibus et constitutis, medio Decreti Gubernialis die decima tertia praenotati mensis Martii emanati, numeroque Guberniali 325 signati sequentis tenoris Altissima Decisio praesentata exstitit: Sacrae Caeo Reae et Aplicae Majestatis, Archi-Ducis Austriae, Magni Principis Transilvaniae et Siculorum Comitis Domini Dni nostri Clementissimi Nomine. Inclyta Tabula Regia, Fratres nobis observandi et honorandi. Salutem et Gratiae Caesareo Regiae incrementum! Sacratissima sua Majestas in causa Divisionali sororum Poson ut Actricum, contra Stephanum Poson velut Inctum suscitata, medio B. die 3-a Mensis Decembris Anni evoluti Nro 4171 horsum exarati Rescripti Regii sequentem edere dignata est Determinatiouem: FRANCISCUS SECUNDUS Dei Gratia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniae, Hungariae, Bo.

hemiae etc. Rex Apostolicus, Archi-Dux Austriae, Dux Burgundiae et Lotharingiae, Magnus Princeps Transilvaniae, et Comes Sicutorum etc. Illustres, Reverende, Spectabiles, Magnifici, Generosi, Egregii, Prudentes item ac Circumspecti, Fideles nostri sincere Nobis dilecti! Processu Causae Divisionalis inter Juditham Poson Stephani Kelemen de Jedd, Annam item Sigismundi Nagy de Kebele, nec non Catharinam et Saram aequæ Poson, hanc Stephani Bari de Batzka Madaras, illam Joannis junioris Kováts de Kibéd Consortes, Sorores utpote Germanas ut Actrices, Stephanum item Poson ut Inctum, prium coram Tabula Continua Sedis Siculicalis Marus moto, ac tandem per solitos appellationum gradus ad Vos Regium nostrum Gubernium, inde vero ad supremam revisionem ac determinationem nostram Regiam deducto, Partium utpote Allegationibus et productis penitus excussis ac revisis, vestrum Regii nostri Gubernii Deliberatum respectu Actionatorum Bonorum Jeddien-  
 sium, ut pote ex Natura Haereditatis Siculicae sexum solum virilem concernentium, eo modo approbandum esse invenimus, ut praeter summam cambio horum Bonorum in Hflor. 117. superadditam, adjudicatumque a vobis ejusdem summae legale interusurum, ex universis etiam reliquis Bonis Mobilibus in Manus Incti per decessum Genitricis ejusdem Elisabethae Fogarasi devolutis, deductis tamen prævie expensis per eundem Inctum in sepulturam Genitricis suæ factis, aequales ratae portiones tam Actricibus, quam Incto exscindantur; prout approbamus et decernimus per Praesentes. Vestrum proinde

Gubernii nostri Regii erit supremam hanc nostram Determinationem Regiam Partibus suo modo notam reddere, curareque ut illa legalem sortiatur effectum. Vobis in reliquo penes remissionem Actorum Processualium Gratia nostra Caesareo Regia et Principali benigne propensi manemus. Datum in Archi-Ducali Civitate nostra Vienna Austriae, die tertia mensis Decembris Anno Domini millesimo octingentesimo primo, Imperii nostri, Regnorum item nostrorum Haereditariorum decimo. Et subscriptum erat a sinistris: Franciscus m. p. Paulo inferius a dextris: Samuel Comes Teleki m. p. Item inferius: ad Mandatum Sacr. Caes. Regiae et Apostolicae Majestatis proprium Daniel Fabián m. p. ab extra vero, parte ab una talis erat Titulus: Illustribus, Reverendo, Spectabilibus, Magnificis, Generosis, Egregiis, Prudentibus item ac Circumspectis N. N. Gubernatori nostro Regio, Consiliariisque nostris in Haereditario nobis Magno Principatu Transilvaniae Gubernialibus, Fidelibus nostris sincere nobis dilectis. Eratque Benignum hoc Rescriptum Regium parte ab altera super hostia alba papyro tecta Sigillo Judiciali et authenticō impressive communitum et roboratum, clauseque confectum et emanatum. Quae altissima Determinatio Regia sub hodierno coram Partium Procuratoribus consveta Modalitate publicata Inclytae Tabulae Regiae Judiciariae pro procurando debito illius effectu rescribitur, et acta quoque Processualia concernentibus Partibus restituenda in hic advoluto remittuntur. In reliquo Altefata sua Majestas Sacratissima benigne propensa manet. E Regio Magni Principatus Transilvaniae Guber-

nio Claudiopoli, *Die 13-tia Martii 1802* subscriptumque erat a sinistris: Georg. Bánffy m. p. inferius a dextra: Stephanus Rosnyai Secr. m. p. eratque solita modalitate involutum, Sigilloque nostro Guberniali authentico super hostia alba, papyro praestolariter tecta impressive munitum, et clausum, subinde autem apertum; parte vero ab altera exteriori sequens legebatur Titulus: 325. Inclytæ Tabulæ Regiae in Magno Transilvaniae Principatu Judicariae; Fratribus nobis observandis, et honorandis. Ex Offo. Vásárhely.

Proinde vobis harum serie committimus, et mandamus firmiter: quatenus acceptis praesentibus, statim vos vel duo vestrum sub oneribus alias in talibus observari solitis erga toties fatum Stephanum Poson velut Inctum praevia ratione convictum, faciemque Bonorum ejusdem in Possessione Jedd, Sedi Nostrae Siculicali Marus igremiata existentium accedentes ratas Actricum portiones, e pecunia cambio supperaddita, et juxta productas in Cursu Processus Litteras cambiales centum septem decim Hflorenos efficiente cum obveniente a die praemissae admonitionis, utpote vigesima sexta mensis Septembbris Anni millesimi septingentesimi octuagesimi quinti, usque ad diem peragendae Executonis computando legali Interusurio, universis item reliquis Bonis mobilibus in manus Incti per decessum Genitricis ejusdem Elisabethae Fogarasi devolutis (deductis tamen praevie expensis per eundem Inctum in sepulturam Genitricis suae factis) coaequales e Bonis Incti convicti mobilibus, iis vero non repertis, vel forte non sufficientibus, etiam

etiam immobilibus quibusvis in paratam pecuniam facile convertilibus, via legitimae Executionis excindere, ratisque earundem Actricum portiones iisdem Jure ex praemissis incumbente cedentes, et obvenire debentes sequestrare, manibusque earundem assignare, debitamque taliter praeinsertae altissimae Determinationi nostrae complementum, Contradictione, Inhibitione, et Repulsione Incti, aut aliorum quorumvis praevia ratione non obstantibus procurare, et seriem peragendae hujusmodi Executionis vestrae, prout eadem per vos expedita fuerit et peracta Majestati nostrae suo modo terminum ad competentem fide vestra mediante referre vel describere modis omnibus debeat ac teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis, Exhibenti restitutis. Datum in Libera Regiaque Civitate nostra Marus Vásárhely die decima quinta mensis Maji Anno millesimo octingentesimo secundo. Et subscriptum erat a sinistra: Wolfgangus C. de Bethlen m. p. a dextra vero: Mgr Michael Sala m. p. de Énlaka. Protonot.

*Sextarum, Sententialium utpote in Causa Filiarum Veressianarum, contra Mariam juniores Veress Stephani Ujvárosi consortem ratione Divisionis suscitata legitime emanatarum tenor sequitur hunc in modum.*

FRANCISCUS PRIMUS, Divina favente clementia Austriae Imperator, Hungariae, Bohemiaeque Rex Apostolicus, Archi-Dux Austriae Dux Lotharingiae et Salisburgi, Magnus Princeps Transilvaniae et Siculorum Comes etc. Fidelibus nostris Egregiis et Nobilibus —  
— — — Tabulae nostrae Regiae per Magnum nostrum Transilvaniae Principatum  
*Ns. Szekehely Nemz. Priv.*

Partesque eidem adnexas Iudicariae Scribis  
ac Juratis Notariis per Nos ad id specialiter  
exmissis , Vice Judicibus item Regiis , caete-  
risque Jurassoribus ac Notariis Sedis nostrae  
Siculicalis Háromszék , Gratiam nostram Cae-  
sareo Regioque Principalem ! Noveritis , quod  
Nobis die decima sexta mensis Januarii An-  
ni jam dudum praeteriti millesimi septingen-  
tesimi nonagesimi octavi , stante videlicet  
Termino Celebrationis et cursus Judiciorum  
Tabulae nostrae Regiae in Transilvania , Par-  
tibusque eidem readnexis Judicariae e con-  
sensu universorum Fidelium Statuum et Or-  
dinum trium Nationum antelati Principatus  
nostrí Transilvaniae , et Partium eidem re-  
incorporatarum factam ordinationem per di-  
stinctas Periodos continuae , ac pro tum a  
Dominica prima post Epiphaniam usque ad  
Dominicam Esto in Libera Regiaque Civita-  
te nostra Marus Vásárhely durante , ad quam  
utpote Tabulam nostram Regiam in Transil-  
vania , Partibusque eidem readnexis Judici-  
ariam Causae Fidelium nostrorum Regnico-  
larum Transilvaniae , et Partium eidem rein-  
corporatarum e publica et approbata eorum  
dem consuetudine tam per formam brevium  
Judiciorum , quam etiam longo Litis proces-  
su determinari et adjudicari solitae (exceptis  
Diaetalibus) universae generaliter fuerant pro-  
rogatae , una cum Fidelibus nostris nobis di-  
lectis Spectabilibus , Magnificis , Generosis ,  
et Egregiis Sigismundo Comite quondam Hal-  
ler de Hallerkö , Camerario nostro , praefatae-  
que Tabulae nostrae Regiae Judicariae As-  
sessore actuali primario , ac in Judiciis Ta-  
bularibus in persona nostra Praeside Interi-  
mali , Magistris item nostris Protonotariis

reliquisque ejusdem Tabulae nostrae Regiae  
 Judiciariae Jurassoribus. Pro faciendo Causan-  
 tibus Judicio moderativo in eadem Tabula  
 nostra Regia Judiciaria pro Tribunali seden-  
 tibus, et constitutis, Egregius Samuel Mátyás  
 de Páva legitimus tanquam nobilis Faemi-  
 minae Mariae Veress Egregii Stephani Ujvá-  
 rosi Consortis ut Inctae Apellantis et re-  
 spective appellatae Procurator, obtenta prius  
 serie, factaque dein prae foribus Litigantium,  
 uti moris est et consuetudinis receptae, legi-  
 tima nobilium Faeminarum Annae, Barba-  
 rae, et Mariae singularum Veress, prioris Sa-  
 muelis Lászlo de Magyar Sáros, secundae  
 Barnabae Nagy de Szotyar, tertiae vero Sa-  
 muelis Bora de Szemerja sic dictorum Domi-  
 norum quondam et maritorum suorum reli-  
 ctarum viduarum ut Actricum Apellantium,  
 et respective appellatarum proclamatione, e  
 medio reliquorum Collitigantium nostrum  
 dictaeque Tabulae nostrae Regiae Judicia-  
 riae Judiciarum exurgens in conspectum, pe-  
 nes sufficientem sui legitimationem exhibuit  
 et praesentavit nobis Tabulaeque nostrae Re-  
 giae Judiciariae Litteras quasdam Transmis-  
 sionales in Causa Genitricem suam Helenam  
 Imre, prius quidem Genitoris sui Mosis quon-  
 dam Veress de Árkos, exinde vero post se-  
 cunda vota Georgii Szabo de Uzon consortem,  
 qua suam in capillis adhucdum existentem  
 naturalem Tutricem et Curatricem ratione of-  
 ficii sui Tutricatus, et Curatricatus inter ut  
 Inctam, et praefatas Actrices, ratione et praetextu  
 subdivisionis Bonorum tam mobilium,  
 quam etiam immobilium per mortem et de-  
 cessum Egregii Samuelis quondam Veress de  
 Árkos remansorum, die octava mensis Junii

Anni dudum praeteriti millesimi septingentesimi octuagesimi noni coram Tabula eotum Districtuali Marus Vásárhelyensi orta, mota, ac penes ordinem Judicarium attunc vigen-tem ad Triplicam usque deducta, ast Tabulis Districtualibus juxta altissimas ordinati-ones sublatis, restitutaque pristina admini-strandae Justitiae forma, coram Vice Sedria Sedis nostrae Siculicalis Sepsi continuata, ac decisa, inde vero ad Generalem Sedis nostrae Siculicalis Háromszék Sedriam appellata, per-que eandem absque eo quin meritum áttigis-set ob apparentes eidem quosdam naevos et praetensive per Vice Sedriam commissos, ad Vice Sedriam dictae Sedis nostrae Siculicalis Sepsi judicialiter reinviaata, ast parte Actorea reinviatorio hoc Sedriæ Generalis Judicio mi-nus contenta, appellationeque ad Tabulam nostram Regiam in Transilvania Judicariam insinuante, in consequentiam insinuatae apel-lationis transmissa, indeque ferendi in meri-to Judicii gratia remissa, ac suppleto hoc de-fectu iterum ad eandem deducta, die duo-decima mensis Novembris Anni millesimi septingentesimi nonagesimi septimi sub sub-scriptionibus Egregiorum Alexii Gyárfás Vi-ce Judicis Regii Sedis nostrae Siculicalis Kéz-di, et Praesidis antememoratae Sedriæ Ge-neralis interimalis, et Francisci Székely Jurati Sediis Sepsi Notarii, Sigillisque praementiona-torum Praesidis Interimalis et Notarii usuali-bus super cera rubra Hispanica impressive ob-sigillatas, legitime confectas et emanatas, Ma-jestatique nostrae Intitulatas, ac per Fidelem nostrum nobis dilectum Generosum Alexium Szentpáli de Homorod Szentpál, alterum per Magnum nostrum Transilvaniae Principatum, Partesque eidem reincorporatas Magistrum

nostrum Protonotarium apertas, perhibentes:  
 qualiter antelatae Actrices medio Libelli sui  
 Actionalis coram Tabula Districtuali Maros  
 Vásárhelyensi sub praesentato 8-ae Junii An-  
 ni 1789. exposuerint: se tres videlicet soro-  
 res germanas et uterinas, cum Samuele et  
 Mose utrisque quondam Veress de Árkos ex  
 iisdem parentibus Daniele quippe Filio Va-  
 lenti, Filii Joannis, Filii pridem Balthasa-  
 ris Veress de Árkos, et Helena Filia Blasii  
 Gergely ex consorte sua Sara Rad suscepta,  
 jam pridem denatis, natas fuisse, et quam-  
 vis Bona eorum majori ex parte acquisita,  
 adeoque talia fuissent, quae se inter et Fra-  
 tres memoratos Samuelem et Mosem aequa-  
 liter subdividi debuissent, ut e productis sub  
 B, C, D, Documentis clarum esset; eo tamen  
 non obstante se per modo fatos Samuelem et  
 Mosem Veress Fratres suos a participatione  
 omnium Bonorum tam mobilium, quam im-  
 mobilium (excepta quoad mobilia Maria Ve-  
 res Samuele Boraiana 400 H florenos parti-  
 cipante) penitus exclusas esse, docente In-  
 strumento sub E producto; posteaquam tan-  
 dem alter Fratrum Suorum Moses Veress e  
 vivis excessisset, unica solummodo Filia  
 Maria juniore Veress (moderna Incta) e con-  
 juge sua suprafata Incta Helena Imre post se  
 relicta, modo fatam viduam abinde ad secun-  
 da vota transientem, omnia defuncti Mariti  
 sui Bona mobilia aequa ac immobilia indivise  
 tenta ac possessa, sub praetextu Tutricatus  
 Filiolae suae Mariae occupasse, quia majo-  
 re quoque earum Fratre Samuele Veress An-  
 no millesimo septingentesimo octuagesimo  
 nono absque Liberorum solatio decedente,  
 praedictam Helenam Imre Bona per decessum  
 hujus etiam remansa, tam mobilia, quam

immobilia in rationem ante nominatae Filiae suae Mariae Veress ex capite Praefectionis Siculicae apprehendisse, et licet super terminanda exinde suborta difficultate coram arbitris ex mutuo consensu arbitrandis antelatam Inctam admoneri curaverint, eaque nulla subsecuta pro voto et postulato compromissione, reservata sibi quoad exclusionem a participatione Bonorum paternorum et maternorum Juris sui demonstrandi facultate, cupierint e Bonis omnibus Fratris sui Samuelis quondam Veress sine semine deficientis per Incitam sub praetextu Siculicae Praefectionis via facti occupatis, ac retentis, ratas et sortes semet de Jure et naturali aequitate aequaliter cum Filia Inctae concernentes, simul cum expensarum et fatigiorum, usuum item et fructuum medio tempore perceptorum, et abinde percipiendorum refusione adjudicari, ferendumque desuper Judicium debitae ac finali Executioni mancipandum decerni. Quo Libello actionali Parti adversae de more vi novi ordinis Judiciarii observari solito, prodanda Responsione admanuato, eadem sub praesentato 16-ae Septembris Anni 1789. responderit: quamvis Actrices e Bonis Genitorum suorum, Danielis scilicet Veress et Helenae Gergely, imo deficientis etiam Fratris Samuelis Veress, tam avitcalibus, quam etiam acquisitis, juxta Documenta sub N-ris 10-o et 11-o producta participaverint, et quidem absque omni legitimo titulo, cum tamen nunc ad reliqua quoque praetensionem formassent, igitur quoad 400-tos florenos per alteram Actricum Mariam Veress Samuele Boraianam titulo ratae e Bonis mobilibus avitis sibi competentis perceptos reflectere se, hanc parti-

cipationem adeo damnosam et praejudiciosam fuisse, ut deficiens Samuel Veress dubium sit, an tanti valoris Bona percepereit e Bonis avitis; nihilominus se incompetentem hanc Actricum participationem disputare nolle, ita tamen si eadem quoque Bona defuncti Samuelis Veress, tam occasione mortis ejusdem, quam antea, aut subsequere ablata ad Communem Massam restituerint, centum *centum* florenis excontentaturae; quoad Bona immobilia per Actrices vi Documentorum sub B, C, D, E, productorum praetensa; non equidem se negare eadem Bona majori ex parte acquisita esse, cum tamen ex iisdem Documentis pateat, nullibi mentionem regulationis ad utrumque sexum haberi, primum esse Actrices velut Simplices Filias ad eadem Bona nullum Jus formare posse in praejudicium Filiae suae velut Praefectae, Consequenter nec ad avitcalia per defectum Samuelis Veress remansa, nec ad immobilia aut etiam mobilia propria decedentis comparata et acquisita; accessorium enim sequitur suum principale velut aquisitionis fundamentum; quod vero principale, id est Bona immobilia Filiam suam qua Praefectam, sicque se qua Triticem concernant, exhibitis Judicialibus Decisionibus satis superque ostensem esset; hinc cupierit Incta ab actione et acquisitione Actricum cum expensarum et fatigorum refusione eo modo absolvvi, ut insimul Actrices ad restitutionem omnium mobilium incompetenter ablatorum, Litteralium item Instrumentorum super his acquisitis emanatorum, ac Contractualium super Debitis sonantium judicialiter adstringantur. His et similibus allegationibus, Argumentis, con-

béd in Sede Maros existente habita sint , et habeant , ad quos praetactas Terras arabiles et Foeneta litigiosa in Territorio predictae Possessionis Makfalva separatim et seorsim ab Haereditatibus Incolarum Possessionis Makfalva possideant , in die Nativitatis Beatisimae Mariae Virginis proxime affuturo , in oppido Székely Vásárhely coram Primario et duobus Judicibus Regiis Sedis Siculicalis Maros Sacramentum praestare , deponereque , et tandem hujus modi Juramentalis depositio- nis Seriem cum Nominibus et cognominibus conjuratorum , et conditionibus Partes in Litteris praefactorum Judicam vel Vice Judicum Regiorum praetactae Sedis Siculicalis Maros ad decimum quintum diem ultimi diei ipsius Juramentalis depositionis legitime perduran . nobis reportare debuissent . Quo tandem de cimo quinto die finaliter adveniente , exhibuerunt et praesenterunt nobis Litteras re latorias nobilium et agilium Mathiae Török de Andrásfalva , et ——— de Czik ——— Vice Judicum Regiorum Sedis Maros fide eo rum mediante conscriptas : qualiter nobilis , et ——— cum nobilibus ——— Ambrosio Nagy de Kibéd , Balthasare et alter ——— de Szent Simon ——— de Havad , Nicolao ——— de Vadad ——— Paulo et Matheo ——— de Abod , Stephano Filep de Vadad , ——— de Kibéd , Valentino ——— Thoma Marton de Márkod , Andrea ——— de Torboszlo , ——— de Gyergyo , ——— Mathe de Ernye , Martino Kalnai de Ikland , super eo , quod Pri- mophilatum in Genere Abram et Ramo Nagy Agh habeant , ad quod terras arabiles et Foe- neta litigiosa , in Territorio dictae Possessio-

nis Makfalva possideant; item Albertus Péterfi de Kibéd similiter inter Fratres suos generationales major natu cum suis conjuratoribus videlicet nobilibus Primipilis Valentino Szengyel de Beö, Thoma Székely, Petro Szőke, Blasio Buzás, Melchiore Györfi de Magyaros, Georgio et Mathaeo Beretzki de Torgboszlo, Stephano Benedekfi de eadem, Martino Lukáts, Mathia Nagy, Georgio —— —— de Szent trontás, Joanne —— Michaele Bardosi, Martino Lörinczi, Benedicto Matyas —— Joanne Raczo, Petro Nagy, Blasio Pálfi de —— Martino Gada, Gregorio Buzás —— quod Primipilatum in Genere Jenö et Ramo Szomoru habeant, ad quod terras arabiles et Foeneta litigiosa, in Territorio Possessionis Makfalva praescripta separatis et seorsim ab Haereditatibus Incollarum dictae Possessionis Makfalva possideant, et possedissent. Item alter Albertus Bala de Kibéd modo simili inter Fratres suos Generationales et condivisionales major natu, una cum suis conjuratoribus, scilicet Laurentio Dosa juniore, Joanne Matthrus, Joanne Dosa, Gregorio Lörintz, Petro Dosa, Mathio Nagy, altero Petro Dosa, Gregorio Bala, Valentino Bodosi de Kibéd, Gregorio Májai de eadem Mája, Michaele Bako de Küsmöd, Blasio et Paulo Nagy de Keresztur, Blasio Domokos de Selye, item Andrea Domokos de eadem Selye, Stephano Fodor de Ernye, Mathio Lado de Siketfalva, Blasio Györfi de Rebele, Georgio Siklodi de Gálfalva, quod tam in Genere Eölöcz et Ramo Sepröd, quam etiam in Genere Medgyes et Ramo Kürt Primipilatus habeant, ad quod terras arabiles et Foeneta litigiosa, in Territorio

rio praescriptae Possessionis Makfalva posse-  
derint et possident, separatim et seorsim ab  
Haereditatibus Incolarum dictae possessionis  
Makfalva; Sacramentum coram ipsis depo-  
suisserunt; suplican. nobis humillime, ut nos  
causam Partium praemissam, jam tandem  
post longas Lites et controversias Jure me-  
diane dirimeremus, ac finem eidem impone-  
remus. Unde nos ex praefatorum Magistro-  
rum nostrorum Protonotariorum, Jurato-  
rumque Assessorum Sedis nostrae Judicia-  
riae, ac caeterorum Consiliariorum nostro-  
rum et praestantium Juris peritorum virorum  
consilio praematuero et sana deliberatione,  
nolentes pro tam parvi, et exigui momenti  
Terris arabilibus et Foenetis ulterius easdem  
Partes litibus sese turbare et opprimere, eas-  
dem Terras arabiles, et Foeneta Litigiosa apud  
manus annotatorum in causam attractorum  
et contradictorum relinquens, ac eisdem, et  
eorum Haeredibus et Posteritatibus univer-  
sis, tamquam verum, et sincerum Jus ipso-  
rum ad Primipilatus ipsorum praescriptos  
pertinentes perpetuo possidendas, habendas,  
et colendas, reddendas et restituendas esse  
duximus. In cuius rei memoriam et firmita-  
tem perpetuam praesentes Litteras nostras  
eisdem duximus esse dandas, et conceden-  
das. Datum AlbaeJuliae, Feria tertia pro-  
xima post ascensionem Domini, *Anno ejus-  
dem millesimo quingentesimo septuagesimo  
nono.* Et subscriptum erat in margine a de-  
xtra: Lecta et extradata per Magistrum Ni-  
colaum de Veselleny Protonotarium m. p.  
Erantque Sigillo praetitulati ejusdem Vajvo-  
dae Judiciali et authentico super cera rubra  
ductili, in inferiori earundem marginae in

medio, solito videlicet loco impressive communitae et roboratae, patenterque confectae et emanatae. Unde nos praemissa Instantia praementiorum Andreae Simonfi Judicialis, Michaelis Péterfi, et alterius Michaelis Gergelyfi Juratorum Possessionis Kibéd, in suis reliquorumque incolarum et inhabitatorum ejusdem Possessionis Kibéd coram Majestate nostra humillime facta, clementer exaudita et benigne admissa, praesentes Litteras non abrasas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas aut vitiatas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes, quatenus nobis erant exhibitae, praeter ducturas, sive interlineamenta, ubi scilicet omniam vetustatem, Pappyrique contritione legi nequibant, de verbo ad verbum sine diminutione et augmento variationeque prorsus aliquali transumi, et transcribi, praesentibusque Litteris nostris patentibus verbottenus inseri et inscribi facientes sub sigillo nostro Judiciali et authentico annotatis Andreae Simonfi, Michaeli Gergelyfi, reliquisque Incolis et Inhabitatoribus dictae Possessionis Kibéd Jurium eorundem uberiorem futuram ad cautelam necessarias extradandas duximus et concedendas, communii Iustitia et aequitate svadente. Datum in possessione Kelemenelke, die decima nona mensis Aprilis, Anno Domini millesimo septingentesimo vi gesimo quarto.



L. S.

Lecta, cum suis originalibus collata, Correct, et Extradata per Magrum. Gregorium Sándor Senior. Sacramae. per Tranniam. Protontota. m. p.

Praesentem Copiam ex suis veris et indubitat. Litteris Orginalibus, sine omni diminutione vel additione, variationeque prorsus aliquali genuine et fideliter descriptam; cum iisdem fideliter collatam et comportatam, iisdemque etiam in Lineis stylatis conformem esse repertam per nos hisce Litteris nostris fide nostra mediante testificamur, sub Sigillis nostris usualibus manuumque propriarum subscriptionibus corroborantes extradidimus. In possessione Kibéd die 9-na Mensis Januarii Ao. 1804.


Michael Dosa de Kibéd m. p.

Juratus Itae S. Scalis Marus

Assessor,



et Josephus Madaras m. p.  
de Kibéd, Juratus As-  
sessor Inclyt. Sedis Sca-  
lis Marus.



Deductio, et Connotatio Excerpta Anno 1533 per Andream Mátyás coram Veres Deák, Mathia Györffi, et Gabriele István Nobilibus Siculis Csik. Denuo descripta per Petrum Veres, et Stephanum Bors Nobiles Sedis Csik Principatus Transilvaniae Anno 1695 Die 14-a mensis Martii continens origines Siculorum, et facta Heroum, ac Primorum Sedis Csik, Gyergyo, atque Kászon.

**D**acia Alpestris Genere humano bellicosissimo a' Gente Siculorum occupata post ruinam Imperii Atillae generosa , magnanima , sed injuria temporum detrita , rerum bellicarum expertissima , per Tribus atque Generationis Háloni , Eulie , Jenö , Medgyes , Adorján , et Abrán , ac Lineas Generationum Haereditates et Officia inter se se partiuntur , ejusdem originis ac Hungari Pannones a reliquis Gentibus Siculi nominati a Scithico Populo Atilla Nobili . A primo eorum ingressu in Pannoniam propagati , Terramque Alpestrem proprio Marte acquisitam inter se per Tribus distribuere , atque Tribuum Generationes , atque Lineas Generationum usque ad tempora Arpadii se submittebant *Rabonban*o Supremo Rectori unanimiter electo . —

Ad Castra metienda contra exteras Gentes , ad Jura Sacra et profana edicenda per caliceum poculum ex cortice Miristica factum ab Anachoharim Schitharum Nabon Philein repertum , modoque variatum exstantem , ad Praecepta Communitatis extradanda , ad puniendos transgressores ejus modi Mandati ; ita ut per media viscera scinderentur in Facie ejus in Arce Bondvár residentis , ab antiquo Rabonbanio Bonda Nabon Philein exstructa ante ruinam adhuc Imperii Atillae . In hac enim Metropoli Genti Siculorum omnia Jura per supremum Rabonbanum , dum

Confluxus Gentis adesset exhibebantur usque ad tempora Zandirhami Rabonbani fungentis dignitate; hoc enim tempore Gens Hunnorum altero Duce Arpad adveniens, Filio Almos missis Legatis Zandirham, eandemque nobilitate pollentem Gentem (testantur acta et monumenta hodieque superfluentia in aedibus Domini nostri) excepit, expositisque Legibus sculptis in Lapidibus Hat Kö-ver, celebratoque more Rabonbani in Arce Bonda Sacrificio, sequentes Leges ex lapidibus perlegens applicuit Gentis suae:

Ut nemo, nisi de ejus stirpe virili suprema potestate praeficeretur in terra Pannon.

Quam autem Terram quis propria manu adquisiverit eidem proprium evadat; quod vero unita vis ex aequo inter adquirentes dividatur.

Negotia autem Populi consensu dirimantur.

Qui autem Praeficienti fidem infregerit, capite, et Fortunis minuatur ante Sacrificium supremi Rabonbani.

Si quis autem Rabonbánorum splendori contraiverit, igni et aqua eidem interdicatur.

Si quis vero ad Sacrificium supremi Rabonbani non comparuerit per media viscera transfigatur.

Quibus perlectis et applicatis aulici impositis Rabonbani, profusisque caeteri Lacrimis quasi sangvineis, potum prae gaudio celebrantes sumpsero.

In cuius memoriam Legum a' Siculis Gentibus transacceptarum, Arpad ex Tribu sua Gentis Siculorum offert pro Rabonbanobus Filiis ornatum Uopoletum, Uopour, et Uogron, quibus gestis ascendit Terram Munkáts, celebra-

toque Sacrificio renovatis Legibus , intrat Terram Pannon.

Uopolet autem ducta uxore Sarloirim Hakhaib Cham Nobon , parit trigemellos , in cuius memoriam Zandirhami uxor , mater Uopoleti , ex Magor , Zapor genere Anno 888 aedes pro Sacrificio celebrando Rabonbani idoneas construi curat in Terra Turcarum post Terram Alpestrem septem silvarum in ore Alpium in fine Rakusy non procul fluvio post Terram Vacsark Blacorum consensu Gentis dividit Terram inter filios subinde . Demum translato calice adducto adhuc e Scithia ab αναχαιη φηδοφο , (qui in Patria sua dum Graeco ritu cum illo cum sacrificaret , a Fratre suo imperfectus esse dicitur in actis a Radago Gothorum Rege ad nos usque allatis , et modo in aedibus Domini nostri extantibus) et administrante Sacrificio in aedibus post Terram Vacsárk moritur , et a Ducibus caeteris cum consensu Gentis constitutio Bucsinio Rectore . Introducing Religione Christiana Filius Uopoleti ιδεοτονε in valle Soos Mező profligatur , caeterisque dignitate fungitur in Terra Pannon .

Adducta uxore Victoria nominata Filia Regis Thraciae εσος κανδαρης Magor caesoque Busona , recuperat honorem Rabonbani , at diffidens metuit , quia inertiam impotentiamque agendi verebatur prodere .

Tandem a Fratribus sui Filio profligatus , et ad Alpes Tatár necatus occubuit . At non multo post Rabonbano minor Gyula Almos ιδεοκησικος deficiente a religione Christiana Rabonbanum Uogroni supremum extinxit , et potiores Siculos Christianos persequi coegit .

At Filius Uopoleti natu major Uopour Sandour , ducta uxore Anna Felicita auxilium ad Stephanum Regem missis Legatis pri-  
mum imploravit, cujus auxilio Gyulam domavit, Filiamque suam Somborurio nuptui tradidit Zelam , calicemque ad se recepit, nec amplius sacrificium Gentile celebrari per-  
misit.

Nullum mirum tantae victoriae, illo e-  
nim tempore Siculi milites, et Rabonbani  
minores post Terram Alpestrem Septem Syl-  
varum habitantes in ejus authoritate sustinen-  
da fuere tenacissimi, licet post Ruha Domi-  
nus Rabonban Jeu Doumban , quo tempore  
ejus Filia desponsata Filio Bourz *coηçççvç* Ra-  
bonbani Terraे Szombathely ally audiens 200  
armatis veniens in auxilium arcis ad percipi-  
endum calicem , ut Uopour Sandour , quo  
tempore Fratres ejus se receperant in ore Sep-  
tem silvarum , ad terram a suo nomine no-  
minatam Zetelaka suscipiens Expeditionem  
contra Filium suum eo tempore conflictum  
celebravit cum viro Ika , domatoque se retrax-  
xit post Terram fluvii Ügy; ibique domum  
aedificans moritur , relictis Filiis Ika , Dom-  
bon , Bordons , Jatt , Deme , Hallo , Gazon ,  
qui ultimus pulsus est a caeteris, quia Fra-  
trem suum Lonconarath minimum occidit.

Itaque Uopour Sandour carnalis Frater  
Rabonbani Ika cum castra metatus esset Hár-  
kán Gázon Fratris sui Filium pulsum Comi-  
te Pán coëgit, eique Terram et vallem post  
Nyrgotz Alpem adsignavit, ibique semen suum  
propagare fecit, relictis quinque Filiis : Trarh,  
Cserthe , Matharaats , Vere , Blasu Filius ma-  
ximus Markatis Gázon , a quo Terra Kászon  
nominata.

At his elocatis Filius Uopour *ademptus* Fi-  
lii erumpentes dubie certarunt ex arce Bál-  
ványos, inter quos nominari merentur Dobi,  
Advok, Bond, Gethe, Suragny, Jet, qui in-  
signiter Filium Uopour Sandour contra pa-  
trem defendebant, attamen adveniente auxi-  
lio Stephani Regis, victoriam retulit contra  
Filium suum, in cujus memoriam Stephanus  
post Terram septem silvarum in Alpe sacel-  
lum erigi curavit cum Filiis Becsék, qui erat  
Filius Uopoleti Rabonbani, Filii Becsék e-  
rant: Köröns, Tsalha, Bande, Gyorffi Papu-  
letz, Ilants, Tivad, quod deinde amplissi-  
ma terra ditavit Rex Pannon, Salya enim  
illo tempore in Terra Pannon deficiens da-  
bat occasionem amplissimae Donationis, ac  
maximo Filio Köröns Terra Pannon displi-  
cuit, unde rediens cum Filiis suis Arad, Ro-  
ka — — Jama arre Tseke parens domum  
aedificavit sibi, Filiisque suis unde Terra  
Tsalhasalva nominatur, penes Domum Kö-  
röns, ob hanc autem magnam partem Gen-  
tis Siculicae inimicam habuit Rex Pannoniae,  
plerique enim Tribus insurexere contra eum,  
ut Uopour Sandour — — cum Fratre suo  
Andoras, et auxilio Stephani restitit ita, ut  
Terram post Alpes Nyrgöcz, et terram post  
Gümét vacuam redderet, crucemque auream  
super calicem poni curaret, Filiumque suum  
Stephanum Sandour Regi misit natu maxi-  
mum cum consensu Gentis sua. —

Tandem post plantatam Fidem Christia-  
nam videns et Terram suam, et reliquorum  
Rabonbanorum exhaustam, Bellis posterita-  
tem Fratrum suorum collocavit in Terra Gü-  
mez vacuam uti Filius: Andoras Uopoleti,  
Ambor, Göögö, Káb, Ládon, Lagaás, Doob,

item Fratris sui Filios collocavit ad Terram Arcis Band, inter quos nominari merentur milites nobilissimi; Sombor, 'Sebö· Roszla-the, Öröm, Jett, Ivány, Gejjén, Uogronn.

Post Terram autem Nürgöz collocavit Filios Fratris sui Ougron, inter quos nominari merentur: Borz, Zököl, Borida, Béél, Gere, Jorona, Lepp, Nagg, Zrinany, quos duos ultimos exceptit in Terra circa Bond Arcis Sambáár, Filius Ugron Rabonbani ad Terram Mare penes Fluvium non procul Kü-kül a Terra Kadits Ducis ante Uspoulat Arcis Bond sub Zondirhamo.

Tandem post plantatam Fidem Christianam sic melius conservatam Siculicam Gentem in Fide Christiana ex Rabonban minoribus celebrante Sacrificio profane, misit ad Regem Pannon viros nobiles Generosos Szörarsi, Kénár, Boutron, Hegyur, Vér, Tuter, item ex nobili Militum genere virum Militem audacem ad Fluvium Oult Báátor. Tum Blasum Foduor ex Terra Vatsark, et virum fortem Csak nominatum, (qui amplissimae Gentis Truncus, habuit enim ad Terram post Nyürgöz item Lazu Fodour, Fian, Erös, Markous, Csák, Özmér, Kaza, Árkos, qui emigravit ad Terram Pannon, sed dein sequentibus temporibus Csák Irány ex ejus posteritate advenit; item Filium suum minorem Uopour, Görgö qui sedem habuit in Terra a suo nomine vocata, habuitque Bourz Filios novem Ous, Cseke, Láz, Balon, Otsval, Zodor, Tordát, Zabon Oszony, ita ut ab omni Contributione aere immunes conservarentur, qua unione celebrata in perpetuam rei memoriam pacti alter Filius Rabonbani Uopour, Sandour, Arad cum sua Tribu transpositus

non procul ad Terram Tribus Zárán ad finem  
mox Terraे Pannon in alpes Terraе Blacceo-  
rum ad rivulum Szállás nominatum. Unde  
Gentes in perpetuum decrevere , ut Armis Re-  
gem et Populum Terraе Pannon in sua Li-  
bertate conservarent illaesum ex parte Se-  
ptemtrionis , tum pro custodia Regis 100 ar-  
matos equites commutato alerent , tum sin-  
gulo Regi electo , aut nuptias celebranti , ac  
prole mascula aucto signaturam Boum prae-  
starent. —

Rabonbanorum sive Majorum sive mi-  
norum , sive Horkáz dignitate functorum mo-  
liretur cum Gente , Judicio supremo subjici-  
atur. Rabonbani ex Gente Uopoleti in per-  
petuum electi , quae adducta Gentis singulo  
anno triennali renovavere prioribus Seculis  
usque ad hodiernum diem — — — — —

— — — — —  
reversis Legatis more profano celebrato Sa-  
crificio Rabonban supremus exhibuit in Ar-  
ce Responsum Generosi Regis exsculptum in  
marmore , elevatumque calici superimposu-  
it , omnesque magno strepitu gaudii Regis  
Hungarorum voluntatem excepere , Fidem-  
que Christianam tamquam Communitatis  
praeceptum in omnibus Rabonbani minori-  
bus Gentilibus ultra Alpes Terraе Rüka pro-  
mulgarunt , excipientesque eversis Sacrificiis  
(at non profanis , in majoribus enim nego-  
tiis tractandis omnes Siculi sub auspicio Re-  
ctoris maximi convenere) Milites , quam Ra-  
bonbani minores et Horcáz dignitate functi,  
ac Gyulae item Rabonbani majores aequali-  
bus Juribus utentes excepto Gyula et Recto-  
re , qui duo in omnibus in apice generatio-  
num , atque Lineas Generationis habebant

locum in evehendis castris, in edicendis Juri-  
ribus Sacris et profanis, in paeceptis Com-  
munitatis extradandis, in puniendis trans-  
gressoribus Mandati communis, quae Jura  
exercuit Rector Supremus in praesentia Hor-  
káz maximi et Gyulae; quilibet Horkáz ha-  
buit sub se Rabonbanos quinque, et quili-  
bet Rabonban minor Százados duos, unum  
equestrem, alterum pedestrem, Figa, et sa-  
gitta armatum, tres Horkáz suberant Rabon-  
bano majori, et hi tres Gyulae minori, et  
hi omnes sex tribus Gyulae Majoribus, et hi  
Gyulae Rectori supremo Gentis, qui in arce  
Bond habuit sedem, Gyula omnium Senior  
penes Fluvium Kükül, ubi exequabantur  
transgressores mandati, Gyulae minoris, qui  
et Harkáz Supremus nominatus, qui pae cae-  
teris praeter honorem non plus Juris habe-  
bant, Rabonbani majores poterant esse Re-  
ctores Gentis, quales erant Uopolet, Zánda-  
hám, Bond, Hám, Chám, Ursoron, Honat,  
Csolhai Zeke. Hic plures enumerantur Litte-  
ris Graecis inserti, ultimus Halab, Irnak se  
recepit ad Daciam Alpestrem post ruinam Im-  
perii Patris sui, verum ejus observatio a po-  
tioribus nostris in modernis disturbiiis peni-  
tus suppressa videtur.

Dum autem Vajvodam Ultransilvaniae  
Rex a se constitutum donaret, Zoltanumque  
praeficeret, Filius Stephanus Rabonbani San-  
dour Filiam Catharinam ex consensu Gentis  
exteram duxit, Tresque Filios trigemellos pa-  
rit, Stephanum, Samuelem, Gregorium, in-  
ter quos dividit Terram suam proprio marte  
adquisitam: Terra Turcorum post Terram  
Vacsárk obtigit maximo natu Stephano, Ter-  
ra autem Gregorio deficientis Rabonbani Ke-

nur, in cuius Terra adhuc , dum Uopolet vi-  
veret , Latrones , et maleficos homines cru-  
ciari jussit , cuius Filius Ivány a caeteris pul-  
sus se recepit ad Alpem Lokott , ubi semen  
ejus propagare fecit. —

Samueli autem natu minimo obtigit Terra  
ad Fluvium Kükül Aquae , at cum divideret,  
Legatos a Gente Septemtrionali ad se missos  
excipiendos esse opportuit , convocatisque  
caeteris omnibus Rabonbanis minoribus in  
valle Rákos , ubi illo tempore sacrificium Gen-  
ti profanum celebrabatur ( decem enim Ra-  
bonbani inter Filios suos Terram suam divi-  
sere ) tale Responsum accipiebant Gentium  
Septemtrionalium Stelenae.

Nos Gentis Siculicae Hunnorum Atillae  
posteri Daciam Alpestrem incolentes. Desi-  
derium Gentis Vestrae in Válle Rákos post  
Terram septem sylvarum excipientes , in eo-  
que unire volentes ad conservandam affini-  
tatem Filiam Rabonbani nostri Rectoris su-  
premi Uopour Sandour Majraniam — — cra-  
ri vestri Stelenae Filio Basil in matrimonium  
accipienti tradimus in vestram Bourorum a-  
micitiam conservandam , ita ut Libertates si-  
miles eorum nostris in posterum etiam flo-  
rentes permittatis pretiosis Lapidibus orien-  
talibus more antiquorum nostrorum ornataim  
abstulerunt , Rabonbanique nostri ultra flu-  
vium Szeret comitati , sicut eam ipse etiam  
Bousson centum annorum Senex Filius Zan-  
dirhani minimus post Truncum patris natus  
Frater Uopoleti descendit viriliter ex Filii  
Atillae Irna Gyulae functus dignitate in cae-  
teris confluentibus Rabonbani , juxta Tribus  
Filios suos Ábrááts , Uopour , Beél Ouzon ,  
Eutroe in Terra Dölne , Zoltán ex Terra

Madaras item Filius Andorás, item Filius Nü-mös, item Filius Ougron, item Ika Filius Dom-bon ex Uopoleti genere posteritates modo Dom-bo vocatur in Terra trium Sedium Ika falva, item Zököl, ex quo Székely Dominus de Terra Kilyén, item Enöz inhabitantes ante Terram septem sylvarum Uopour supremus ad Ter-ram septem sylvarum Rabonbani, iten Gyula, Onut — Nagy a quo prosapia de Ma-refalva, ad Terram Mare, item Zimány Fi-liusque ejus Magor Biro, tum Zoltán, For-ro, Raka, Benke, et plures alii quorum po-steritas hodieque superest. —

Ex Terra autem post septem sylvarum supremus Rabonban poculi calicis supremus conservator loco se misit Filium suum Stephanum Sandour, tum Abe, qui erat Filius Isinne, tum Hono Rabonbanum Terrae λαμπες, tum etiam ex Gente Toporeha, tum Petrum ex Gente Iványka post Vallem Gázon, Filii Beniis ante Rüka, et Filii Béél, ex Terra sua ante Alpes Tar Rabonbanum autem Künvér post Terram Alpis Táár jussit, ut in perpe-tuam comitetur Filiam suam, qui deinde in partibus Septemtrionalibus largo ditatus pa-trimonio a Filio Stelenae, quo tempore in-trarunt Monasterium duae Filiae Stephani Sandour. —

His itaque gestis allata est etiam Stepha-no Sandour uxor extranea Francisca Matna-da Ivolnata Polona, cuius Frater Muhoel na-tu minimus cum Patrimonium dividere disi-deraret in ipsum violentas manus injicere vo-lens se ad Terram Pannon post Fluvium Dán recepit, ibique propagare narrant Summa ejus in relatis nostris apud Dominum nostrum exstante. Tandem Stephanus Terram ultra

Vatsárk una cum aedibus Zandirhani uxore aedificatis retinuit, poculumque calicei Formam ore repraesentantem in perpetuum tamquam suam Haereditatem ex Arce Bond abs-tulit, invitis Tribubus 1039 modoque exstan-tem - - - licet - - - Rabonbani Trisedis mo-dernae Joannes Uopour, Stephanus Béél, et Gáspár ex Gente Patancha concursum cum suis celebrantes, belloque impetere volentes Stephanum Terrae Gümez, propter ablatio-nem poculi Gentis, et conatum horum impe-divit injuria illorum temporum; missus enim Andreas Legatus exceptit, Filiumque suum Ladislaum Sandour obsidem ei tradidit, et sic deterriti Rabonbani rescissis omnibus ac-tis poculum retinuit, nec amplius arcem Bondvár sibi vendicare potuit, et sic Terrae post Alpem Septem Sylvarum Ladislaum San-dour Legatum ad Polonos per Andream mis-sum Supremum sibi Duce elegerunt depen-dentem tantum a Rectore Gentis Siculicae, non autem a caeteris Rabonbanis, missoque Expresso Regi Andrae, per militem Egregi-um Janlagvár ab Andrea haec separatio rati-habita. His actis mortuo Zoltano ab Andrea Regnum divisum est, et Regem nostrum Be-la natu minorem Duce Ultransilvaniae in suo apugenario custodiebat 1049. Stephano-que Rege jam pridem mortuo Bessi audientes mortem Regis gloriosi Triumphantis nunci-antes Christianis Siculis post Terram Gümez habitantibus irruptionem quam hostili ani-mo tractarunt, et Gens Siculica viriliter ex-pulit armatis ultra Terram suam Duce Ando-ras Filio Ambor Vida, Josa verum gloriam hujus victoriae impedire volentes aliae Tri-bus, Dux Uopour ex Arce Bálvány Ducem

Andoras 'post mortem Fratris sui gentiles Homines in Arce Gyula capite plecti curat , Gregorium Sándour , Alexium Csangour , et Gregorium , Blasko , Filium Bon , item Fili os ex Gente Csák , Stephanus autem Sando ur Filius Ladislai , Frater Georgy Paulum Csangur Fratrem Alexii Csangur , Filium Egregii militis Kab expulit , jubente Vajvoda Transilvaniae , Terramque Gümez recuperavit , si bique retinuit . Quo tempore post jussit Bela Vajvoda Transilvaniae ut non amplius digni tates more antiquorum nominarentur , non familiae , non arces , non villae , non castella , verum Sanctorum nominibus insignirentur ; Unde factum est ut plures viri Nobilissimi milites Siculi ascendentis suos ignorarent , et Litteralia etiam comburerent , in tanta confusio ne tamen reperti sunt aliqui , ut etiam contra voluntatem Regis antiqua antecessorum no mina , ut suos domesticos Lares servarent , ut praesertim in Terra Trisedis Uopour , Dom bon , Boéél , Nömör , Mikóó , Danes , Filius Nobilis Gyulae Köröras Terrae autem modern ae Sedis Udvarhely Ugronn , Lázár , Könte , Biro , Nagy , Zimány , Dálya , Zököl , Turek , Comkattak , et attamen dignitatum honorificarum nomina amplius non audiebantur , non Rabonban , Supremus Rector , sed Comes Si culorum non Gyula Harkáz sed Vice Comes Siculorum etcet . et sic Bela subita mutatione ruina etiam Throni pressus merito et contri tus Anno 1063 , et expiravit , 1065 , cui se op posuit Szemere ex Terra Madaras , sed ni hil profecit . Interea autem Stephanus Sando ur adsumens nomen Sándour cum Csangorum Duce Dutka Basil nomine certare caepit , ac recte incertus nomine Mikó cum 200 armatis adveniens expulit Csangauros , ac Stephanum

Sándour liberavit, ob quam victoriam relatam permisit Sándour unum Hadnaque erigi, et exstrui Arcem a suo nomine nominatam hodieque florentem Mikóvár, dicunt illum egregium militem fuisse Nobilem Terrae Pannon, dictorio Uramnak Fia, a 12 arcium dominatu exutum, cuius prosapia hodie eodem nomine insignitur, quod factum dum Ladislaus audiret post Terram Septem Silvarum, largo etiam ipsum ditavit patrimonio consensu Gentis, ita ut deinde Százados Sedis evaderet, ejus deinde prosapia generoso titulo, exhibuitque tantum ei Comitatum, ut dum ultra Sylvarum Terram circumiret ad Generosum illo tempore Dominum post Terram Vatsárk Stephani ex Elisabetha Szilvási Filiam Catharinam Filio ejus Paulo Mikko desponsavit celebratis — — nuptiis ipse met ex poculo Gentis prae gaudio potum sumebat, quo tempore irrumpentes Sedem aliquot Tartarorum pepulit Stephanus Sandour, et ideo dono accepit Terram ad arcem Törtsvára pertinentem cum Arce, et hoc tempore Terram Gázon ut Sedem Ladislaus confirmabat.

Post ruinam ad deletionem arcis vastae Bond postquam Successit Almus Dux primus Siculorum Universorum, sub quo dum concursu celebraretur in valle moderna Domini ad Terram Sakate, potiores Siculi Filiis multicarentes, Faemineum sexum introducere volentes in reliquorum Rabonbanorum Bonis haereditariis Stephanus cum Duce Almos restitit; Unde Decretum erat perpetuum, quod eorum Fratrum si unus habuerit Filium alter autem Filiam, Filia Succedit sicut Filius in Bonis paternis, quam Successionem cum Dux cum

cum etiam antiquorum Haeredes uti Uopolet  
descendentes pariter sibi vendicarunt non at-  
ramento sed sangvine humano in campo Rá-  
kosy in praesentia Ladislai Comitis Siculo-  
rum introducendo quo tempore Drusilla Fi-  
lia Stephanicum viro Generoso Kálmán Lász-  
lo in arce Ladislai Regis in medio Terrae Al-  
pestris septem Sylvaram nuptias celebravit;  
ubi dum poculum caliceum adferretur Drusil-  
lae, ut potum summeret, unus ex posteritate  
Rabonbanorum minorum eripuit Filia ema-  
ritetur, et Filius accipiat Bona paterna in  
Regno Siculo existentia, et haec Successio  
observetur in Bonis antiquorum Rabonba-  
norum: in caeteris vero juxta consuetudinem  
si fuerint duo Fratres, quorum Filius unus  
alter Filiam haberet, Filia Succedat; at Ste-  
phanus tamquam Dominus universæ Terrae  
Bourzon nomine virum per media viscera  
transfigit, nullusque amplius ausus est eripe-  
re poculum.

Et haec gesta in praesentia Generosi Re-  
gis Ladislai, et coram Filio suo Kálmán Lász-  
lo nuptias cum Drusilla celebrante, cuius  
sororem dum aula orientalis ~~reges~~ nominata-  
tam ~~regere~~ eveheret per Siculiam Imperatori O-  
rientis, multos Sicularum ipsam comitantes  
largo patrimonio ditavit in Terra Septem Syl-  
varum, ex quo pro sustentatione Comitis Si-  
cularum Terrae excipiebantur. Mortuo tan-  
dem Stephano Sándour, uxori ejus Elisabetha  
tempore Spectabilis Belae Regis contra La-  
trones 200 armatos tulit ad Terram suam  
Törcsvára marito suo donatam, eamque pur-  
gatam una cum Terra Gümez tradidit Filio  
suo, cui ex equestri ordine militis cujusdam  
Filiam Annam Gögö ex posteritate Uopoleti

ingentem animi despontavit, quae propriis manibus in Terra sua Toplitz aedes constituit, eamque a 300 Latronibus fortiter custodivit, truncatis ducentis, et reliquis fugatis. —

Ut autem mariti hic diem onomasticum celebrantis — — — — — 50 Armatis ad Terram Gümez expeditionem suscipiens, fugatosque Latrones comprehensens tanta clade affecit, ut caesis aliquibus reliqui capti omnes ad uuum fuerint, tanta fortitudine salutavit Stephanum maritum suum, cuius mater truncatis 5 latronibus cum sexto dum certaret, interfecta est.

Tandem maritus etiam ejus a Faeda Tartarorum cum 300 suis subditis perpetuis militibus concussus moritur, ejusque cadaver truncato capite injectum est in Fluvium Kükül penes Arcis Bondvár rudera, quam etiam in nihilum saeva Tartarorum acie tempore Ladislai Regis, qui et ipse fugatus est, Generosa autem ingens animi mulier vidua volens ad Gyulae arcem Comitem Siculorum salutandi gratiaire — — — — — per Fluvium Oult aliquem puerum injectum excipi facit per suum Tizedes Bontz, quam deinde capite truncari jussit, cum habuerit Jus gladii in Territorio suo. Juratis propterea suis militibus, subditi instigati sunt per Dominum Zöld ex genere Abraam Linea Dudor, et Stephanum Bacza ex Linea Uopoleti manus in eam violentas injicere, cuius cadaver impositum habetur in aedibus a Zamdirhamo exstructis.

Reliquas proles, quarum unus Terrae Septem Sylvarum insedit expurgatis Latronibus, alter vero Filius Terram Kenos reoccu-

patam pacifice possedit, ibique propagare se-  
 men suum fecit. Joannes Rakne ducta uxore  
 Chatharina Nömöz de Kálnok ad Polonus se  
 recepit, ibique septem annis ultra decem mo-  
 ratus rediit, arcem suam a Tartaris devasta-  
 tam denuo renovat, qui dum Bolasconem  
 coërcendum iret, et Urconem cum 1200 ar-  
 matis Gentzek Filio Uopoleti Görgö Uopour  
 Filio accedens misit expressum Joannem E-  
 rös Filium Joannis Zököl minimum ut desis-  
 teret, at expressus propterea per Franciscum  
 Csiszár executorem ex propria Terra sua ca-  
 pite plecti jussit, in cujus tamen placitum  
 ad fluvium modernum Oult'ad petitionem Tri-  
 bus Ducis filii Uopoleti Darabas non procul  
 fluvio Gerla ad Terram confinem Pannoniae  
 Sopk habitantis, quae Tribus illo tempore il-  
 luc migravit Aarad ad Terram Bolaskonum  
 Alpium collocaretur, filios Joannis Etös lar-  
 ga haereditate dotavit in Terra filii sui Aleae,  
 attamen tardius propterea violentas manus  
 Ivány László militis ad Terram in fine Tur-  
 corum habitantis subire debuit ex Terra Ab-  
 raam Luica Dudon, et Petri Kadutsi ex Ge-  
 nere Halon Linea Názmán relictis prolibus,  
 quarum natu Franciscus Ezereš Kapitány  
 apud Polonus, Peter autem insulatus de Ho-  
 los Monostor erat, Rebi autem nupsit cuidam  
 Polono Vajdon Veropotzki, Racha nupsit Pe-  
 tro Losontzi Nobili Hungaro ex Terra Pan-  
 non, Alua Joanni Latzko descendantem ex fi-  
 lio Uopoleti Blasi, quae etiam marito suo —  
 — Terram abstulit, ibique semen suum pro-  
 pagare fecit, Panna nupsit Ladislao Reva,  
 Petrus autem alter Filius Ducis duxit Mari-  
 am Elisabetham germanam Sörorem Petri Lo-  
 sonzi 1249. fortis dimicator in Terra Gümetz

**venator Ferarum** — — — —  
 devoratus in Terra Nasculát ad fluvium Ta-  
 tros, relictis filiis et filiabus sat numero mul-  
 tis. Sara maxima natu nupsit Gyulai, Ester  
 autem fluvii terram Tisza, Anna Gasparo  
 Ontze de Dölne.

Inter filios nominari meretur Sigismundus, qui Bazaradi uxorem pulcram creaturam Transalpinensium Blacorum Vajvoda ad-  
 maverat, verum Tamás Deák illo tempo-  
 re Vajvoda palam denunciari jussit se Vala-  
 chum Barbarae e ferali ergastulo extracturum.  
 At illo tempore AlbaeJuliae Praesul Mik-  
 los Pater funesta morte ipsum perire fecit  
 cum innumeris proceribus 1350. habuit uxo-  
 rem Annam Basa ex posteritate Gentis Siculicæ  
 Uopola, filii Ugron, filii Jett, ex qua filium  
 Petrum, qui ducta uxore Anna Mikov ex  
 posteritate Anna Mikov habuit filium Joan-  
 nem natum 1411. post cuius nativitatem pri-  
 mus omnium Csik, Gyergyo, et Kászon ac  
 Csangorum electus sub Vajvoda Stribrits, in  
 cuius præsentia dum crearetur in valle inter  
 Csomortány, et Toplitz in loco, quo eleva-  
 batur accumulata Terra in memoriam hujus  
 supremi Ducis Siculorum Sándor Dom b  
 etiam hodie nominatus exstat.

Haec cum ita agerentur in popinam et  
 ventrem prolapsus demandavit, et inscribi  
 curavit inscio Duce ad calcem calicis ex cor-  
 tice nucis miristicae factae, hodieque extan-  
 tis: Petrus Sandour 1412, ob quam Vajvoda  
 a Duce expulsus ex Terra Siculorum, post  
 hujus expulsionem Murcho ad obtainendum  
 Imperium Valachiae auxilium parabat contra  
 Duanum, tandem pluribus meritis tumula-  
 tus homo — — — — enim Fratre suo

primus introducit ordinem Judicij in Campo Rákos, sub hujus Filio Joanne rustici Ultra-silvaniae tumultuabantur, verum Csák László illo tempore Comes Siculorum cohibuit unitos Latrones infestantes Gentem Uopole-ti in Valle Gyergyo, quam modo Sedem dicimus ante Terram Hegy-Allya.

Quibus domatis dum iter pararet ad-  
rusticos Transilvaniae supita est turbas. In  
cujus favorem Joannes Hunyadius 1430 Re-  
gibus jam multis illustrior Mariam Poarkotzi  
ex Terra Pannon ei desponsavit, quae reli-  
cto Filio *Mihály Hadnagy Uram* nominato in  
Valle *Renyérmező* dimicans occubuit, ibique  
sepultus jacet, cuius haeredes ignotae sunt  
ob defectum actorum in aedibus Generosi  
Domini Stephaní et Menyhárdi Sándor non  
existentium.

Secunda uxor Joannis Anna Dorsa, quae  
interfecta in Terra Kénos ob perfidiam Fra-  
tris sui, quia acta concernentia Michaelis  
Sándor comburi curavit, ideoque merito su-  
spensa.

Joannis Filii uxor erat *Kriska Hadnagy Uram Fia* nuncupata, quia dum Terech Sán-dorbech contra voluntatem Generosae Dominae Filium suum coëgisset, ut se nominet Joannem Sándor duxit 300 armatos contra Joannem spurium Sanderbechi Filium, quem ad necem quaerens recepit ad Terram Lakott, in Terra Alpestri, unde altera Linea nata nobilis originem — — — — — in Terra Dominis penes Fluvium Oult servit, ut miles; ex bac itaque *Kriska Hadnagy Uram Fia* habuit Filios: Petrum, Stephanum, Michaelem; Petrus duxit uxorem Catharinam Ugron 1462. nascitur ei Filius Stephanus 1472, hu-

jus Patre mortuo Pongrácz János curam at-  
tendebat Filio, qui dum Majorenis evade-  
ret, ex Terra sua jussu Vajvodaे contracto  
ordine equestri ex *Tsik Ország* Halobechum  
Misiae Praefectum sub Auspiciis Vajvodae  
clade affecit, cum Joanne Uopour et Abraha-  
mo Uogron ad Terram ante Danubium, nec  
erat mirum cum universa Gens juxta Tri-  
bus suas auspicio hujus Juvenis Consilio Jean-  
nis et Abrahami bellabat, attamen propter Po-  
ladum Valachiae Vajvodam se ad Arcem post  
Terram suam Rákos recipere debuit, ducta  
uxore *Apor Anna*, qui tunc assumxit nomen  
*Apor*, arcemque suam feliciter rexit in Do-  
minatu, nec erat amicus Syndoviae Bechio,  
unde etiam ab ipsis manu profligatus est.

Dum autem Rex Pannon, seu Hungariae  
a Transilvanis 60,000 aureos exigeret, Vajvo-  
dam Moldaviae Juvenis adhuc licet uxora-  
tus ad clientelam redire facit 1496, ob quod  
factum Vajvodae datur Arx Tsikeviensis, ipse  
autem in Terra Spectabili honore confirma-  
tur. —

Stephanum, Menyhardum, Michaelem,  
Barbaram, Annam, Petrum, Joannem et La-  
dislaum genuit, Menyhardus 1530. Annam  
Lázár habuit uxorem. —

Et haec conscripta ex Actis 153 cartis 3  
in compendium reducta non plus scripta,  
quam minus exscripta, ob compendium Fide  
nostra mediante testamur in arce Spectabilis  
ac Generosi Menyhárdi Sándor ad Terram Pagi  
All Szeg in aede Csik inter Pagum Vacsárk, et  
Csikfalva sitam. Ao. 1533.

A' kik pedig közzüllök diáktalan Embö-  
rök lévéni Kereszt vonással meg erőssítettük  
jövendőbeli nagyobb bizonyására. —

András Mátyás Csiki Törvényes ember m.p.  
Veres Beák m. pr.  
Györfi Mátyás m. pr.  
István Gábor. m. pr.

Ezen Irást szorol szora maga originalis-sából le írtuk igaz hitünk szerént All - Csik Szék mostan Taplotzán lako Veres Péter Nobilis Fel-Csik Széknek hütös Assessor, és u-gyan azon Széki Szent Királyi Bors István nobilis All-Csik Széki hütös Assessor, in hoc Anno praesenti 1695. die 14-ta Marty Csik-Szereda privilegiata Várossába.

Veres Péter m. pr.  
Nobilis.

Bors István m. pr.  
Nobilis.

**A' Nemes Székely Nemzetnek Constitutioji, Privilégiumai, 's Jószág Leszállását tárgyazó nemely Törvénies Itéleteknek**

**M u t a t ó T á b l á j a.**

Esztendő Szám	Lap.
1289. — Aranyos Szék Privilegiuma IV-dik László Királytól	9
1451. — Municipalis Constitutioja a' Székelyeknek Vizaknai Miklos alatt a' 32 esztendei Praescriptorol, és Jószág Leszállásáról	14
1459. — Miklósvár Szék Privilegiuma Labathlán Jánostól	16
1473. — A' Székelyeknek Mátyás Királytól nyert Privilegiuma, hogy rajtok ezutánn is semmi pénzbeli Exactiok ne téteszenek, és hogy a' Primoroktól a' Primipilusok, és Pixidariusok meg külömböztessenek	22
1505. — A' Székelyeknek Udvarhelyen hozott Constitutioi	24
1506. — A' Székelyeknek Agyagfalván hozott Constitutioi	33
1555. — A' Székely Nemzet régi Törvénnyei, mellyek 1555-be Aprilis 28-kán Udvarhelyt tartatott Diaetán	

Esztendő Szám		lap
	Öszve szedettek , 's Dobo István , és Kendi Ferentz akkor Erdélyi Vajdák által meg erőssítettek.	40
1562.	— II-dik János Királynak Segesvári Articulussai.	51
1569.	— II-dik János Királynak a' Teleg- di Mihály feladására hat Székely Székekhez küldött Parantsolattyá.	60
1597.	— Báthori Sigmond Fejedelem a- latt , a' Fiscus , és Bernáld Suc- cessorok között le folyt Perben költ Sententia.	66
1599.	— Mihály Vajda által a'Székelyek ré- gi szabadságainak meg erőssítése.	81
1635.	— Bardocz Szék Privilegiuma Rá- kóczy Györgytöl.	86
1636.	— Rákóczy Györgytöl adatott Pri- vilegium , hogy a' Fiscus a' Szé- kely Jószágokba soha se publikál- tathasson.	90
1658.	— Pixidialis Levele Alfalus Nagy Istvánnak , 's több társainak Rá- kóczy Györgytöl.	93
1646.	— Pixidialis Levele Siklódi Péter- nek , 's több Gyitroiaknak , és Re- meteieknek Rákoczy Györgytöl.	97
1591.	— Primipilaris Levele Szárhegyi Miklos Istvánnak , és Gyitroi Ten- kelyMáténak Báthori Sigmondtol.	100
1689.	— Apafi Mihály Fejedelem Leve- le Üdvarhely Székhez , melyhen Gyulai Ferenczeti Király Bíróság- ra ajánlja.	108
1700.	— I-ső Leopold Császárnak a' Szé- kely Nemzet Instántiájára adott válaszsa.	110
<i>Ns. Székely Nemz. Priv.</i>		20

Esztendő Szám	Iap
1700. — Sepsi Széknek maga szokáson épült Törvénnye.	111
1686, 1698, 1699, 1701, 1708, 1712, és 1714-beli Némely Végzések.	115
1727. — Udvarhely Széknek Nagy Solymoson tett Constitutioi.	117
1740. — Udvarhely Széknek meg erösséti Articulussai.	130
1750. — Udvarhely Szék Végzése : De Repulsionis onere.	135
1750. — A' Székelyek szokott Törvénnyekről való Articulusoknak meg igazítása.	136
1752. — A' Grof Kálnoki Fiaknak Gróf Kálnoki Judith ellen folyt Perekben költ Sententia.	141
1765. — A' Bernád Leányoknak Bernád György ellen folyt Perekben hozott Itéletek.	149
1778, 1781, és 1782-be Gróf Kálnoki Antalnak Turi Sándor ellen folyt Péreben hozot Itéletek.	161
1784. — Gróf Kálnoki Sándornak Zambler Ferentz ellen folyt Perében hozott Itéletek,	182
1802. — A' Poson Leányoknak Poson István ellen folyt Perekben költ Sententia.	190
1810. — A' Veress Leányoknak ifjabb Veress Mária Ujvárosi Istvánné ellen folyt Perekben költ Sententia.	209
1579. — Báthori Kristof alatt, Balog Ferentznek, mint a' Makfalvi Határon némely földenknek birtokában, nyert Donatiojánál fogva, magát	

## Eztendő Szám

- Statuáltatni akarónak, Kibédi Or-  
bán Tamás, Péterfi Albert, 's több  
részesseik ellen, tett Contradi-  
ctiojoknak ok adására folyt Peré-  
ben költ Sententia. Copiában. 259
1533. — A' Székelyek eredetekről, és több  
Csik, Gyergyó, és Kászon Széki  
Fő Emberek vitéz tetteikről Jegy-  
zések. 275
1798. — Bodola Eleknek, Bodola Susán-  
na Bartok Kelemenné ellen folyt  
Perében költ Itélet. 247
1816. — Gábor Ferenz, és részesseinek  
Szabo István ellen folyt Perében  
költ Itélet. 251
1817. — A' Bögözi Birtokosoknak, Bögö-  
zi Jakab András és részessei ellen  
folyt Perében költ Itélet. 254
-

